

1704.

20. Stykius, Dr. Samuel : De usu inutilium in jure.
21. Stykius, Dr. Samuel : De reprobatione in specie port publicales attestations.
22. Stykius, Dr. Samuel : De exequente non confesso.
23. Stykius, Dr. Samuel : De jure principis et regis iuramento.
- 24^o. Stykius, Dr. Samuel : De religiosis sacramentis in matrimonialibus.
- 24^o. Stykius, Dr. Samuel : De religiosis sacramentis in matrimonialibus. 8. 7. 1708.
25. Stykius, Samuel : De prioriis titulis oneroso praestitio.
26. Stykius, Samuel : De controversiis fori selectio.
27. Stykius, Samuel : De investitura abusiva.
- 28^o. Stykius, Samuel : De litis contestatione eveniatis. 1704 - 1740.
29. Stykius, Samuel : De jure Silesiorum Sachonicorum.


Mons. 14



30⁴. Stygios, Samuel: De obligacione affimantio
circa statum dominium.

30⁵. Stygios, Samuel: De obligacione affimantio circa
statum dominium. Ps. I. 1738

31⁶⁷ Stygios, Samuel: De feoris ducatus Silesiae
Silesiae et Transilvaniae 2 Band.



500.

I. N. D. N. I. C. 1704 21

DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA,
De

REPROBATIONE, IN SPECIE POST PVBLICATAS ATTESTATIONES.

Quam

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO IVVENTVTIS PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WILHELMO,
CORONAE BORVSSICAE, ELECTORATVS BRAN-
DENB. ET RELIQVAR. PROVINCIAR. HEREDE &c. &c.
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE,
PRAESIDE

DN. IO. SAMVELE STRYKIO, IC.
SERENISSIMAE VIDVAE SAXO-ISENACENS.
CONSILIARIO AVLICO, PROFESSORE PVBL.
ORDINARIO, ATQVE COLLEGII ICTORVM
h. t. DECANO,

IN REGIA FRIDERICIANA,
PRO LICENTIA

Summos in vtroq; IVRE Honores rite & legitime obtinendi,

D. XXV. Junii. Anno MDCCIV.

horis ante & pomeridianis,

IN AUDITORIO MAIORI,

placidae eruditorum ventilationi subiicit ,

GODOFREDVS HEDLVFF ,
Görlicensis Lufatus.

HALAE MAGDEBURGICAE, Litteris CHR. HENCKELII, Acad. Typ.

Mons. Re:

VIRIS

Antiquæ Prosapiæ Gloria & Meritorum Splendore
Excellentissimis,

Per-Illustri, Generosissimo, maxi-
meque Strenuo

DOMINO

WOLFF ABRA-
HAMO a GERSDORF,

Dynastæ in Mückenhayn, Horcka, Sörichen, Byhayn
& Kaltwasser,

Serenissimi ac Potentissimi Regis Polo-
niarum & Electoris Saxoniæ Consiliario,

&

Curiæ Provincialis Ducatus Görlicensis
Præsidi atque Diœcetæ Eminentissimo,

nec non

Illustri

Illustribus ac Generosissimis
DOMINO
IOACH. ERNE-
STO a NOSTITZ,
Dynaſtæ in Gersdorff, Vſmannsdorff & Horck.
Serenissimo atq; Potentissimo Regi Polo-
niæ & Electori Saxoniæ,
a Consiliis,
ET DOMINO
IO. CHRISTO-
PHORO a SCHWEINITZ,
Dynaſtæ in Friedersdorff, Wiesenthal, Gieshübel, Lud-
wigsdorff, Neu-Schweinitz & Leuba,
Serenissimi ac Potentissimi Electoris
Saxoniæ
Camerario,
Curia Prouincialis Ducatus Görlicensis
Senatoribus Grauissimis,
itemq:

VIRIS

Excellentissimis, Prænobilissimis, Am-
plissimis, ac Consultissimis,

INCLVTAE

REIPVBLICAE GORLICENSIS
DOMINIS

CONSVLIBVS,

PRAETORI,

SYNDICO,

SCABINIS,

SENATORIBVS

SPECTATISSIMIS,

VIRIS

Rerum domi forisq; feliciter gestarum fama

&

gerendarum prudentia

maxime conspicuis,

Dominis Mecœnatibus ac Promotoribus
suis Gratiissimis ac æternum deve-
nerandis,

Quorum
Illustræ & Excellentissimæ Virtutes
Potentissimo Regi fidem,
Consilia, ratione prudentissima, eventu felicissima,
Patriæ salutem,
Sancta Sanctissimæ iustitiae Administratio
Piis prœmium,
Refractariis pœnam,
Pressis solatum,
Incredibili animi constantia,
secundo successu,
justa distributione,
semper exhibuerunt;
Leves hasce chartas;
adiesto perennis felicitatis voto,
perpetua devotissimæ mentis pietate
offert

GODOFREDVS HEDLVFF



I. N. D. N. I. C.

PROOEMIVM.



Vm iufiu eorum, qui-
bus obsequi gloria est, nunc
publicum edere specimen in-
augurale teneat, placuit talem
seligere materiam, quæ non
inutili curiositate & subtilitate
tædium lectori creare possit, sed in ipsis rerum
obtineat argumentis, & praxi quotidiana. Id-
que eo magis, cum ipse, Deo ita dirigente, stu-
dia mea foro destinauerim, quo ita, quicquid vi-
rium concessit Deus, in solamen & præsidium
misericordum, qui aliorum iniuria suppressuntur,
impendere queam. Non itaque ægre ferat Be-
nevolus Lector, quod materiam hic discussam
videat, de quo plura iam Doctorum scripta ex-

A tant

2 PROEMIVM.

tant, siquidem tot etiam volumina nobis adhuc reliquise aliquid opinor. Saltim id vtilitatis adferre potest hæc Dissertatio, quod, quæ in aliis valde sparsim habentur, & magno studio circa reprobationis materiam conquirenda sunt, illa hic vno conspectu habeantur. Neque etiam cœco plane impetu nos Doctorum communem sententiam sequutos esse, ipsa docebit Dissertatio, in qua potius contra communissimam, maxime Saxonicorum Doctorum, sententiam defendimus, REPROBATIONEM ETIAM POST PVBPLICATAS ET DIDICITAS ATTESTATIONES ADHVC PERMITTENDAM ESSE. Merebitur ergo Dissertatio hæc vel ideo saltim accuratiorem inspectionem, vt constet quid valent argumenta a nobis adducta, & cur subscribendum sit sententiæ. Quamobrem totam rem æquo benevoli lectoris iudicio submitto, & ab eo, si quandoque humani quid passus fuerо, veniam mihi promptissimam polliceor. DEVS vero & hunc laborem & omnia studia mea dirigat in sui diuini nominis gloriam & proximi emolumentum.

CAPVT

33 (3) 33

CAPVT I.

De

Rubricæ Generalioribus.

s. I.

Vrpe est prius determinare, quam terminos explicare, inquit Angel. *Conf. uo. pr. lutio vtilis est. Verbis enim bene intellectis melior omnis procedit disputatio.* Guil. Grot. *in Enchir.*

jur. Nat. c. 1. n. 1. conf. Georg. Obrecht. de jur. feud. L. 1. c. 4. n. 3. Mascard. de Probat. V. 1. Q. 2.

n. 123. Vocabulum reprobationis Romanæ stirpis esse, ne Reprobatione dubitabit. Originem eius a præpositione, *Re*, quæ in ^{nis} deriuatio. separabilis audit, nec nisi compoſita significat, cuius significationem *L. 1. §. 33. ff. Depos.* ostendit, & verbo, *Probare*, deducit Martin. *ad O. P. S. Tit. 21. ad Rubr. n. 1.* Ambiguitate quo Varia eius ac que reprobationis voculam laborare, ex vario eius significatio, catu appareat. Est autem ille vel 1) communis, quo idem In sensu 1) erit, ac improbare, contemne, hinc reprobare dolorem, communis, loqui amat Cicero *Lib. de Fin. c. 7.* & Vlpian. *in L. 24. §. 1. ff. de pign.* At inquit; *Reproba pecunia non liberat soluentem reprobis nummis reddendis, & Scœuola in L. 9. ff. de N. G. dicit; Reprobare non possum semel probatum.* Atque sic vice versa vocabulum improbare in *L. 10. §. 1. ff. Qui satis d. cog. L. 47. ff. solvit. matr.* nihil aliud, quam reprobare significat; cui ex opposito adest vocula, adprobare, *L. 36. ff. Locat.* vel comprobare, *in L. fin. ff. eod.*

s. II. Vel 2) singularis, & in hoc aut proprie aut impro- 2) singulari, prie accipitur. *Ilo casu iterum dupliciter consideratur, & qui vbi vel dem 1) pro reprobatione personarum & dictorum testimoni, a) proprie, & qua partim testes inhabiles redi & reiici laboramus, quod hic iterum in L. 21. ff. de his, qui not. infam. legitur, vbi, quorum testimoni- un reprobatum est, hinc & ea ipsa partim eorum depositiones annihilantur: & 2) pro probatione directo contrarie intentionis*

A 2

tionis

CAP. I. DE RUBRICE

4

tionis, qua reprobaturus probantis intentionem per contraria probatum inuerit. *Hoc autem casu*, si scilicet impro-

b) vel impro- pri reprobatio consideratur, est ea, quando reus suas ex-

ceptiones peremtorias litis contestationi annexas probat.

Dn. Suendend. *ad Fibig. p. 547.* De prima reprobationis spe-

cie hic non erit sermo, quia haec, nisi publicatis & lectionis depo-

sitionibus, non potest fieri. B. Dn. Brunneman. *in Proc. Civil.*

cap. 20. §. 81. Nec de ultima simpliciter considerata, quia haec

non reprobationis, sed probationis nomine recte venit, &

apparet hoc exinde, dum actori contra exceptionis proba-

tionem reprobatio proprie sic dicta & sub n. 2. exposta con-

ceditur. v. infr. c. 2. §. 8. & qna hæc etiam publicatis attestatis

actoris fieri potest. B. Brunnem. d. 1. Sed potius de secun-

da eius specie, quando scilicet pro probatione directo contra-

reprobatio sumitur, nobis loquendum erit. *Diculum*,

autem fuit, hic non actum iri de ultima reprobationis specie

simpliciter considerata. Ergo videndum, quatenus de ea

referenda ad respective & secundum quid hic nihilominus tractari potest.

Distinguendum autem fortasse erit: an reus actori funda-

mentum intentionis, negata tamen ipsa intentione, conces-

serit, & suas exceptiones peremtorias, que a Doctoribus fa-

eti & intentionis audiunt, opposuerit, aut an reus actori v-

trumque negauerit, & suas exceptiones peremtorias, sub iuri-

s appellazione venientes, opposuerit. Priori casu reus, ceu

constat, nunquam reprobatur, sed, cum ponendo & excipien-

do quasi actor fiat, suam intentionem exceptionibus inclu-

sam saltem probat, & haec sub reprobationis nomine nun-

quam venire, nec ad eam referri potest, nam qui aliquid con-

cedit, concessionem reprobare non potest. Posterior autem

discriminis pars, nostrum negotium proprius attingeret. Qui-

libet enim haud ignorat, quod, si reus actoris intentionem

negavit, & directo contrarium assertens, simul exceptiones

aliquas peremtorias opposuit, tunc, maxime quoad fori Saxo-

nici legem, non sufficiat, vt reus reprobaturus solum in eli-

denda actoris intentione sit occupatus, sed ipsi sub preiudi-

cio iniunctum etiam, vt cum reprobatione sua proprie sic di-

cta

Eta simul vno eodemque tempore exceptionum suarum oppositarum, quæ scilicet iuris dicuntur, probationem suscipiat, hancque ipsi adiungat. Expresso enim hoc caucum legitimus in O. P. S. tit. 21. §. 9. Do auch ub. Soll et seinen Gegenbeweß zugleich auf die selben seine exceptiones richten. Consentit Ordin. iudic. Saxo-Goth. Part. I. c. 10. §. 18. vſ. Soll er seinen Gegenbeweß zugleich auf die selbe seine exceptiones richten. Non enim sufficit, exceptiones peremptorias allegari, sed & probari necesse est. Carpzou. in Proc. tit. 13. art. 2. n. 6. Et hoc sensu probationem exceptionis etiam reprobationem audiri posse arbitror. Isthaec autem in tantum procedunt, vt reus reprobatione sua ad exceptionum probationem non simul extensa, cum hac amplius non audiatur. O. P. S. d. I. ub. und hernach weiter darin nicht gehöret. Dn. Suendend. ad Fibig. pag. 646. Ratio autem cur exceptionis probatio cum reprobatione sit conjugenda, consistit in eo, vt lites eo ciuitate absoluantur. conf. Martin. ad O. P. S. d. I. n. 4. Proinde quando infra c. 2. §. 11. dicetur, quod reprobatio pariter in probandis exceptionibus obseruetur, hoc semper de iuris exceptionibus, quæ in reprobatione a nobis sumta simul deducendæ sunt, intelligi volo; minime vero de probatione exceptionum intentionis, quia ob has nulla erit disputatio, an ante vel post attestata publicata sint deducendæ.

§. III. An autem, si reus reprobationi renunciet, de quo V. Renunciatio infr. c. 2. §. 13. renunciatum simul videatur exceptionum pro-reprobationi, queritur? Evidem hoc affirmandum videtur ob O. P. S. cit. loc. vbi utraque eodem tempore suscipienda est. Ast licet hoc sit, non tamen exinde fluit, utrique etiam, cum vni faltem renuncietur, renunciatum esse; quicquid enim de uno dissimilium prædicatur, de altero contra negatur. Proinde rectius negative responderi potest, cum renunciatio sit actus per se notius, Schilter. adff. Exerc. XI. §. 22. & stridissimi iuris, L. 27. §. 4. ff. de pæt. ac ultra intentionem renunciantis, cuius quippe animum & consensum, renunciatio requirit, L. 14. §. 9. ff. de Adit. Edit. & specificata, non est extendenda, L. 21. C. ad Sct. Velleian. conf. Struv. Ex. s. 1b. 29. vbi

A 3 Petr.

nis non ex-
cludit proba-
tionem exce-
ptionis.

Petr. Muller. *Lit.* & e. Et sic nullus dubito, quin reūs suas exceptiones iuris adhuc probare queat, quo tamen casu sola audiet probatio. Quid vero dicendum, si reūs, sive negatiue contestata, postea affirmatiue respondeat, an ad exceptiones facti & intentionis probandas admittendus est? Resp. affirmando, modo litis contestationi exceptionem generalem e.g. non competentis actionis opposuerit, quia per hanc & reliqua opposite videtur, dum id alioquin, quod in iudicium non est deductum, nec iudicis potestati est suppositum. L. 18. ff. comm. *Divid.* Ziegler. *in Introd. ad Proc. c. II. §. 9.* Quod si autem reūs simpliciter negavit, omissa exceptione generali; coniunctus postea, amplius non auditur, licet exceptionem e.g. solutionis, compensationis, opponere & probare velit, & hoc propter temerariam inficiacionem. Auth. *Contra qui. C. de N. N. P.* vbi B. Brunnenm. Illustr. Dn. Stryk. *in Introd. ad Prax. for. c. 16. §. 4. in fin.* Sin autem exceptio solutionis, compensationis &c. ex post facto oriatur, & reō innoteſcat; puto, eum ad eam probandam admitti posse, licet nec generalē exceptionem opposuerit, aut licet in ipsa reprobatione, & probandis exceptionibus iuris defecerit, & hoc propter generalitatem textus *in O. P. S. Tit. II. §. fin.*

Ampliatur.

Reprobatio-
nis appella-
tio,
Generalis,
Specialis.

Reprobatio-
nisi sit?
Relatiue,

§. IV. Synonymicas reprobationis appellations quod concernit, non puto, me errare, si dixerim; eam vel generaliter vocari, speciem defensionis ipso iure competentem, ab Hartm. Pistor. p. 2. qu. 2. n. 4. Berlich. p. 1. *Concl. 38. n. 14.* vel specialiter, probationem defensiuam, a Martin. *ad O. P. S. Tit. 21. in Rubr. n. 3.* probationem contra probationem fusceptam, & probationem elusiuam a Carpz. *in Proc. Tit. 13. art. 2. n. 1.* probationem contrariaam a Cardin. Tusch. *in Concl. Proß. Tom. 6. Concl. 797. n. 1. 3. 4. 5. 6.* Berlich. p. 1. *Concl. 48. n. 4.* probationem in contrarium a Cardin. Tusch. d. l. n. 6. a B. Brunnenm. *ad L. 10. ff. de Prob. n. 4.* reprobam a Rebuff. *in Tr. de Test. n. 1.* quas appellations Germani vno verbo, *Gegenbeweis* exhaustiunt. *O. P. S. Tit. 21. in rubr.*

§. V. Reprobationis definitionem nunc addere methodi suadet ratio. Est vero ea probatio exceptionis. Dn. Suen-

Suendend, ad Fibig. p. m. 547. Quatenus autem ita definiri potest, ex supra in §. 2. dictis apparebit. Licit autem non placeat, ut prolixiore a Carpzouio alleg. loc. traditam definitiōnem allegem; libuit tamen hanc annectere; quod sit actus, Positue allegate. quo aut probationis susceptae fundamentum eliditur, aut exceptiones litis pereitoriae debito tempore oppositae (per idonea argumenta, suo respectu, rite & iuste,) probantur. Martin. d. I. n. 2. Cum enim haec ultima omnes definitionis vera regulas habeat, ipsamque reprobationis naturam affatim exhaustari; illi ad stipulari non erubesco: modo vocula actus non in sensu generaliori, quo omnem siue extrajudiciale, siue iudiciale, autre aut verbis celebratum L. 19. ff. de V. S. actum venire dico, sed in specialiori significatu accipiatur, pro actu scilicet judiciali in termino reprobatorio occurrente. a. L. 3.
C. de Condit. ob turp. Caus. a. L. 18. C. de Probat.

§. VI. Si eius diuisiōne paucis attingere liber, eam Quotuplex varie ad exemplum probationis diuidi posse constat. Diuī-
ca sit?
dicitur itaque in *artificialem* & *inartificialem*, cui correspondet diuisio in *indirectam* seu *obliquam*, cuius species tot sunt, quot causarum genera. Vultei. de *iudic.* L. 3. c. 7. n. 8. & 14. & *directam*, Lauterb. in C. j. p. m. 422. Pacian. de *Probat.* L. 1. c. 37. n. 33. & haec fit per testes & instrumenta, L. 2. C. de *Teslib.* L. 11. C. de *fide In-*
fr. Eckolt. Tit. de *Probat.* §. 2. Quibus Legum autoritas & partis confessio a Treutlero V. 2. D. 4. tb. 2. Lit. a. additur. Porro in *affirmatiuum* & *negatiuum*, Pacian. d. l. & in *veram* & *presumti-*
uam. t. 1. ff. de *Prob.* & *Presumt.* in *plenam* & *minus plenam*. Vultei.
c. l. n. 15. quæ posterior iterum in *semiplenam* maiorem, L. 3. §.
2. ff. de *Teslib.* *semiplenam* simplicem L. 9. §. 1. C. de *Teslib.* C. 10.
X. eod. in *semiplenam* minorem abit. a. L. 3. ff. de *Teslib.* Excel-
lentiss. Dn. D. Mencke in *Tr. Syn.* ff. p. 313. Denique in reproba-
tionem h. e. *reiectionem tesbiūm*, Rebuff. in *Tr. de Reprob.* ref. vel
in reprobationem h. e. *probationis refutationem*, & *exceptionum*
pereitoriarum *Probationem*. S. P. O. Tit. 21. §. do auch der Be-
fl. de quibus supr. §. 2. Et tandem in reprobationem vel *Legis.*
vel *Hominis*, quæ prior posteriori est fortior. Host. C. *Pastoralis.*

§. fin.

§. fin. de Offic. Delegat. Fusius haec deducere non vacat, adeoque dicta de reprobationis voce sufficiant.

Vox attestatio-
natis deriva-
tur.
§. VII. Cum nonnisi cognitis generalioribus ad specia-
lium cognitionem perueniri possit. Bartol. ad L. 1. ff. de R. C.
Schneidew. ad Inst. Tit. de Oblig. in pr. n. 4. eo tutius *Attestationis*
origo evoluitur. Descendit autem vox illa a prepositione
motum ad agendum denotante, *Ad*, & verbo, *Testari*, hinc
compositum nihil aliud, ac in testem vocari, significat, & coin-
cedit cum antiquo voculae *vñ*, *Antestari*. conf. Faber in *Theſ.*
Erud. Schol. v. b. Testis.

Attestatio ac-
cipitur in
ſenſu
1) Physico,
2) iuridico,
a) generalio-
ri, quo ſpectat
omne fidem
faciens.
e. g. Syngra-
pha &c.

Principum
diplomata,

Salutis Con-
ductas, Ele-
ctoribus, co-
rumque Le-
gatis,
qui hodie
non exiguntur;
exactus non
denegatur.
Priuatis iter
facentibus,

§. VIII. Diuersimode vero vocem hanc in pronuncian-
do predicari ex sequentibus eluet. Attestationes in sensu
1) *Physico* fulgura, iterata vice exiftentia, quaſi iterata explicata
rent, & atteftantur priora, denotari dicit Reyher in *Latin.*
Theſ. p. 225. Lit. C. In 2) *iuridico*, eoque iterum 1) *generaliori*, eas
inuenies pro omni eo, quo fides aliquis rei aſſeritur, iudi-
cemeſe noſtras in partes pertrahere poſſumus. L. 4. ff. de *pign.*
a. L. 5. C. de *Transact.* Mafcard. de *Prob.* V. 1. Q. 6. n. 18. Et hoc
pertinent fyngrapha, antapocha, L. 2. C. de *iur. Emphyt.* apo-
cha L. 19. C. de *fidei* *Inſtr.* Sic denunciatio creditoris, debitori
facta, ob pignoris distractionem, attestatio dicitur in L. 3. §. 1.
C. de *iur. Dom. imper.* Huc pariter Principum diplomata & li-
terae patentes ſpectant, qua pro diuerſitate ſupplicantium
de variis negotiis teſtantur, & in L. 27. §. 2. ad L. *Corn. de Fals.*
codicilli, in quibus curſu publico profiſcendi aliquo po-
tentias datur, Gothofr. ad d. L. *Lit. b.* dicuntur. Atque ita huic
non inepte referes faluum conductum, qui alius Elektoribus
ſub iurata promiſſione, eorumque Legatis ad electionem
Imperatoris aut Regis Romani, neceſſitate quadam pericli-
tante, profiſcentibus, a Statibus Imperii, per quorum terri-
toria ipſis tranſeundum, mature requiſitis datur. A. B. C. 1. §. 1.
ſeqq. Schweder. in *iur. publ. part. ſpec.* S. 1. c. 2. §. 13. quanquam
hodie ob mutata tempora non exiguntur; exactus tamen non
denegatur Dn D. Titius in *Spec. iur. publ.* L. 4. c. 1. §. 50. vel *alius*
priuatis ex superioritatis territorialis iure a Statibus Imperii,
per

per vias sui territorii publicas transeuntibus. Rec. Imp. Aug. Vin-del. de ann. 1548. §. Gerne / und zu noch mehrer beständiger Erhalzung. & Receff. Imp. ibid. de ao. 1559. §. damit dann die Obrigkeit. Stephan. de iurisd. L. 2. p. 1. c. 7. n. 397. Illustr. Dn. de Rhetz in Inst.

jur. publ. L. 2. Tit. 13. vel denique *alius* a iudice inferiore ad factam petitionem inculpatiis de delicto nondum manifesto, datur, de quo conf. Conf. Crim. Car. V. 4. 156. vbi Clafen, Carpzou. in Pr. Crim. p. 3. q. 112. Excellentiss. Dn. D. Grantz in Defens. inquisit. cap. 5. m. 1. Sct. 1. per rot. Porro inuoluit attestatio diplomata

comitibus Palatinis concessa, testimonia & diplomata Docto-ribus, Licentiatis, Magistris & Notariis, ab academiis vel comitibus Palatinis collata. Attestata medicorum & chi-
rurgorum vel super morbo aliquo in genere, vel in specie,

super vulneris lethaliitate emissâ, de quibus Excellentiss. Dn. D. Grantz. d. Tr. c. 2. m. 4. Sct. 3. n. 231. seqq. Refer huc literas natalitias, disciplinares, matrimoniales de facta benedictio-

ne sacerdotali attestantes. Linck. in Diff. de Lit. Natal. cap. 6. §. 1. Carpzou. in jpr. Eccles. L. 2. def. 315. n. 2. B. Dn. Philippi in Vsu Pract. L. 1. Eclog. 47. Dimissorias seu affrancamenta, ex quibus homines proprii, iuris ciuitatis cupidi, manumissionem &

libertatem docere tenentur. Idem L. 1. Eclog. 30. n. 7. seq. De quibus pluribus eiusmodi attestatis vid. Dn. D. Beyer, Volck-mann. Emend. p. 3. cap. 36. seq. Wehner. in Obs. Pract. vb. Bücher.

Nec non matriculam Studiosorum, Mafcard. de Proh. V. 4. Concl. 1297. catalogum militum & ciuium; immo scripturas ex archi-
vis publicis desumptas, & ab eo, qui archiu custodiam habet,

feu archiario ex publico subscriptas. Gemin. Cons. 82. n. 5. v. f. Sed ad hoc. Cardin. Tusch. Tom. 1. Concl. 486. Et denique ex pluribus aliis breue, seu adiecto vocabulo, testarum, Nutz-

Bettul. Lehne. Sinnung / in quo dominus attestatur, vasallum petiisse inuestituram, Struu. in S. 1. f. cap. 10. apb. 4. modo illud dominus suo sigillo simul confirmauerit. Illustr. Dn. Stryk. in E. j. f. cap. 12. q. 16. Aut 2) in specialiori, pro testium effatis & de-

positionibus ad articulos nec non ad adiecta interrogatoria, datis, id quod ex rot. tit. X. de testib. & artes. sufficienter proba-tur & ita hic accipitur.

Inculpatiis de
crimine, da-
tus.

Diplomata
Comitum Pa-
latin, aliaque.

Attestata me-
dicorum &
chirurgorum

Literæ na-
talitiae, discipli-
naires &c.

manumisso-
rise.

Matricula
Studiosor.
militum, ci-
viuum.

Scripturae pu-
blice.

Breue testa-
tum.

b) specialiori
apparet.

Attestatio
hic summa di-
versimode
appellatur.

§. IX. Attestationes hoc nomine saepissime venire, vel ex C. i. 19. X. de Testib. & Attest. Recess. Imp. de Ao. 1654. §. 56. colligitur. Pro Synonymis vero agnoscunt; deposita, Linck. ad Decr. tit. de Test. & Attest. §. 10. depositiones, Linck. d. l. c. 3. caus. 4. q. 3. c. 30. X. de Test. testationes c. 3. caus. 4. q. 3. L. 7. pr. ff. de Sponfal. Nou. 90. c. 4. vb. primitus sacramento, publica monumenta, cit. loc. c. 3. c. 4. q. 3. v. sepe sine. testificata c. 38. 44. 46. X. de Testib. Carpz. p. 1. c. 16. d. 34. n. 3. attestata, iit. X. de Test. & Att. Brunnem. ad L. 13. ff. de Probat. n. 1. dicta testimoniū. c. 41. X. de Testib. Bartolus de Saxo ferrato in Tr. de Test. n. u. Germanis vero audiunt: der Zeugen eydliche Aus sage / das Gezeugniß S. P. O. Tit. 29. in pr. & seqq. der Zeugen Aussage. Ordin. Cameral. Ratisbon. anno 1507. iit. 36. §. 12. Recess. Imper. Ratisb. nou. 1654. §. 52. & 56. der Zeugen Sage und Rundschafft. d. Rec. Imp. §. 54.

Definitur.

& diuiditur.

Vox publica-
ras, in sensu.
2) generali,

2) speciali;

§. X. Definitio attestationum ex his suborta est talis, quod sint responsiones testimoniū habilium a probante producitorum, &, praefito prius iuramento, examinatorum ad propositos articulos & interrogatoria ad aduersa parte adiuncta, legitimo tempore factæ, ex quibus, iudici fide exinde facta, controversia pro vel contra deciditur. Et diuiduntur attestationes in claras, euidentes & ambiguas, in directas & indirectas, in veras aut dubias & putativas; in conformes & si bi contradictorias; in spontaneas, inductas, aut coactas; in validas & invalidas, de quibus diuisionibus hic specialiter tradere quedam, institutum prohibet; hinc potius ad alia, pergo.

§. XI. Voci, publicatas, ortum indagare temporis pretiositas prohibet. Dixisse tamen iuuabit; illam accipi vel in sensu 1) generali pro publicum facere, euulgare, manifestare, prout Iustin. in Lib. i. cap. 7. Plin. L. 4. Ep. 27. n. 5. Vlpian. in L. 41. pr. ff. ad L. Aquil. in fin. vbi: secreta iudiciorum publicauit: 2) speciali quo idem ac confiscari denotat, atque hunc in effetu in L. 33. ff. Locat. vbi propter delictum locatoris & venditoris fundus publicatus est, & in L. 23. §. 2. ff. de S. P. R. L. 3. §. 5. & 8.

s. & §. ff. de Bon. cor. qui ante sentent. L. 27. §. n. seqq. ff. ad L. iul. de adult. & alibi inuenitur: vel 3)ffcialiori, quando testium exa- 3)ffcialiori minatorum depositiones in rotulum conf. Rutger. Rulant. de quid denotet? Comm. p. 1. Lib. 5. c. fin. redacte partibus litigantibus cum solennitate aliqua certisque requisitis publicantur & communicauntur.

S. XII. Solennitates vero & requisita illa quod concer- Publicatio-
nit, vel sequentia ostendere possunt. Publicationem atte- nem artefa-
stationum iudex non ex officio procurat, sed facta a parte li- tationum pro-
rigante petitione. Rosbach in Proc. civil. tit. 60. n. 2. Quæ peti- curat iudex &
facta petizio-
ne, vel in scri-
ptis,
eam sollicitare non liceret; Idem p.m. 659. Non tamen omnis, vel orenthus,
cuius interest, attestationum publicationem; sed illa saltem pars, quæ testes produxit, petit. c. 30. X. de testib. & att. Recess. a Producen-
Imp. nouiss. Ratisb. de 10. 1654. §. 54. vb. Coll in den vierten ter- te, &
min der Kläger. Nicolai in Proc. cap. 64. n. 15. Rothschütz, in Proc. art. 29. n. 1. Nellus a Sancto Geminiano in tr. de testib. n. 121.
Qua petitione insinuata iudex ad partes decernit citationes; emissa ad
iphis certum publicationis terminum præfigens. Dn. Suenden- Partes citati-
dorff. ad Fib. p. m. 659. Rothschutz, d.l. n. 2. alias iudex eas pu- one,
blicare nequit. Nicolai d.l. Partibus tunc præsentibus, nisi ius præsenti- bus,
vna vel altera pars per contumaciam absuerit, nec ante terminum dilationem impetraverit, quo ad comparentis instanti- licet vna pars
am in absentis centumaciam attestations publicantur, Ma- contumaci-
ranta in spec. aureo part. 6. tit. de proc. publ. n. 1. & 2. p. 340. Martin. ter abit,
ad O. P. S. tit. 29. in rubr. n. u. iudex modo ipsi tota causæ cogni- modo ipsi
tio fuerit commissa, Ord. iud. Pomeran. tit. 54. §. 1. vers. dem causa cogni-
Gerichte auch/nuda enim examinis commissio non sufficit, nec tio in totum
a commissario fieri potest. Marant. d.l. n. 6. testium deposi- competat,
tiones vel in toto vel pro parte, per Notarium vel ipse legit, positiones
inquiens; Hæ habeantur pro publicatis. Rosbach. d. l. n. 4. vel per Nota-
Neil, a St. Geminiano d. l. n. 120. Rothschutz d. l. n. 3. Quæ ta- rium, vel ipse
men solennitas hodie nec in Camera, ubi recognitis sigillis, ex- legit & publ.
soutisque expensis communibus, copiæ attestationum dantur. Quod hodie
aliter in Ca-
mara,

& in foro Saxonico, Rutg. Rulant: *de Comiss. d.l.n.13.* nec in foro Saxonico observatur. Hic enim partes in termino publicationis se declarant; attestations pro publicatis se habituras: rogantes earum copiam. Martin. *d.l.n.16.* quam iudex partibus pertinentibus absq; vitio nullitatis haud denegat. Roland. a Valle *Conf. 52. n. 45.* conf. Hortenf. Caualcanus *part.5. de Testib. n. 10. p. 258.* Illa vero partium declaratio eundem fortior effe^ctum, ac si tota depositio testium vel ab ipso iudice esset praelecta. Nicolai *d.l.n.16.*

**Omissio publicationis at-
testationum non nocet,** §. XIII. Omissa vero attestacionum publicatione iudicium non vitiatur, cum ea necessaria faltem, & de iustitia; non autem de substantia processus sit. Dn. Suendendorff. *ad Fibig. pag. m. 67.* Gail. *L.i. Obj. 107. n. 1.* Mynsing. *Cent. 4. Obj. 52. n. 2.* Petrus de Ferrariis in *Pr. Aur. tit. 12. p. 350.* Omissio eius tantum ius litigatoris laedit; non vero ordinem iudicarium peruerit. Gilhausen in *Arbor. iudic. cap. 5. ramusc. 13. n. 1.* Nec lata sententia ob eius intermissionem nullitatis labo-ideo nulla est, nisi contra eam interposita, quod limitatur, adducta Rulanti, & Rebuffiratiōne, & respondeatur ad pri-mam.

Rulanti, & Rebuffiratiōne, & respondeatur ad pri-mam. Fuerit appellatio, Dn. Suendendorff. *ad Fib. p. 68.* quod vtique permisum & salutare Doctores dicunt, cum alias parti, contra quam probatum est, maximum grauamen oriri possit; siquidem hac ratione exceptions contra testium personas & eorum dicta per indirectum ipsi amputantur, uti Rulant. *cit. loc. n. 4.* eamque & ipsa legis sanctio in *cap. 22. X. de Sentent. & Re iudic.* requirat, vt Rebuff. in *Tr. de Publicat. Atteſt. n. 5.* Verum vtut Rulanti ratio rationabilis; non tamen sufficiens est. Nam 1) parti aduersae contra personas testium excipere in termino productionis, & antequam iurent, permisum est; & hoc non de iure communis solum c. 7. & 31. X. *de Testib. & Atteſt.* sed Saxonico etiam. O. P. S. *tit. 20. §. Ein legl. Parth. vb. es nun hierauf.* Hätte aber der produc^t. Nicolai in *Proc. cap. 59. n. 47.* Et 2) per Interrogatoria consuetudine & iure Saxon. introducta non solum testium personas, sed & eorum dicta inualidum fatis potest. O. P. S. *tit. 20. §. Ein legl. Parth. vb. ob er zulässliche Interrogatoria, vbi Martin. n. 467. seqq. Imo 3) vi-dendum arbitror, an publicatio faltem; aut an quoque com-muni-*

municatio attestationum denegata sit ; priori casu nullum incommodum adesse posse dixi ; posteriori autem modo communicatio attestationum non potest denegari ; modo sit talis causa, quæ carum disputationem admittit ; quæ non solum in Camera per Recess. Imp. nouiss. d. 40. 1054. §. 56. sed & in Saxonia per O. P. S. tit. 29. aliisque in foris permissa est ; nisi partes ipsæ ei, quod ipsis concessum, renunciarunt. O. P. S. d. t. §. Es sollen aber auch, v. b. do aber die Partheyen vbi Martin. n. 3. Nec altera Rebuffi ex cap. 22. X. de Sent. & re iudic. petita ratiō ad secundam, sufficiens erit. Nam d. c. verba : Depositionibus coram partibus minime publicatis, nec offensis eidem ; non decisionem vel sanctionem aliquam ; sed partis exceptionem, quam tamen Innocentius III. Pontifex ipse in fin. d. c. non approbavit, inuoluunt. Accedit, quod non solum ibi publicatione, sed communicatio etiam attestationum fuerit denegata, & sic ibi non tam ob illam, quam ob hanc appellasse videtur Abbas infamatus. Quicquid igitur in hac questione proferri possit; Nostra iam non obstat, quin brevibus me expediām, inquiens cum Dn. sententia ad. Menckenio in Tr. Syn. Pand. p. 318. Publicationem attestatio- ditur. num regulariter non esse omittendam.

§. XIV. Cessare publicationem attestationum in pos- Publicatio at- fessorio momentaneo, docet Meuius part. 7. Dec. 330. n. 7. ra- teftationum tefat i) in tionem n. 4. addens: quia iudex iustius ambagibus illis iniuti- possessorio libus pretermisſis abbreviabit litem. Verum cum haec ratio æ- momentaneo quitati & processu summarissimo valde assimilis sit ; ita & ei ad- stipulari non dubitandum : præprimis, quia singularis posses- forii momentanei natura hanc opinionem fortiter adiuuat. Quæ eius singularitas velin eo patet ; quod summarissimum nec leuterationem Carpz. p. 1. c. 19. def. 24. n. 15. seq. nec appella- tionem admittat. L. un. C. Si de moment. possess. fuer. appell. Brun- nem. ad d. I. Carpz. L. 14. R. 13. Struu. Exerc. 50. th. 4. Imo dum in eo nec testium & attestationum reprobatio ; nec harum di- sputatio admittitur, vti Martin. ad O. P. S. tit. 29. pr. n. 486. ex Rauchbar. Carpz. Nicol. Illustri Dn. Bornio, Dn. Suendend. allegat ; quem in effectum publicatione attestationum esset vr-

B 3 gen-

14 CAP. I. DE RVRICÆ GENERALIORIBVS.

Zangerus in omnibus causis summariorum cessare docet, quod non procedit: hinc distinguit Martinus,

qui tamen notatur.

Nostra sententia.

2) si per documenta probatum.

genda. Verum Zanger. in *Tr. de Except. p. 1. c. 2. n. 11.* eam plane in causis summariorum cessare putat, quia non est de substantia processus. Ait licet non sit de substantia; est tamen de iustitia & solennitate processus. Et disputatio attestationum etiam non est de substantia processus. *Ord. Ind. Elec. Magd. cap. 37. §. 5.* & tamen ea ipso iure non cessat, conf. *Carpz. p. 1. c. 18. def. 2.* Hinc Martin. ad *O. P. S. T. 29. in Rubr. n. 4.* distinguunt: an pars contra quam testes sunt producti, publicationem petat, necne: ita, ut priori in casu publicationem attestationum in causis summariorum admittat, non tamen posteriori. Verum cum non productus, sed producens publicationem hanc petere neceesse habeat, ut ipse Martinus *d. 1. n. 7. & 8.* docet, non video huius distinctionis fundamentum. Quantum itaque mihi certare datur, ita dicendum arbitror: distinguo inter causam simpliciter summariam & magis summariam seu tumultuariam; priori casu, qui cause ordinariae proprius accedit, & in citatione ad minimum spatium trium sept. & demonstrationem solennem h. e. articulorum cum nominibus testimoniis & directorio, vel cum documentis, exhibitionem, & interrogatoria aduersarii admittit, excepto casu, si demonstrans coram Notario testem examinandum producit, Dn. Suendend. *ad Fibig. p. 144.* publicatio attestationum omnino obtinet; qualis e. g. est causa mercatorum, in qua publicationem obtinere colligitur ex Ordin. Proc. Mercat. Lips. art. 17. vb. Ohne Erwartung der citation zur publication der Bescheinigung. Secus tamen erit in casu posteriori, ubi nulla prorsus processus aliquius figura attenditur, & facta actione per Ago; litis vero contestatione per Nego, testimoniique, si demonstraturus quos habet, momentanea productione, & iurata depositione facta, lis illico deciditur, quales sunt cause iniuriarum ad depreciationem. *Sächs. Pol. Ordn. do. 20. 1661. tit. von Injurien - Sachen §. 6.* studiosorum, militum, rusticorum, aliisque leuidens. Atque sic ea, quae in pr. huius §. dicta sunt, hic applicari possunt. Porro publicatio attestatorum cessat; si per documenta probatum, *O. P. S. tit. 29. §. Wenn aber Beweis.* Nam dum facta

CAP. II. DE REPROBATIONE IN GENERE SPECTATA. 15

facta recognitio iamiam ad acta descripta; nec non super ea sententia, quæ semper, an sufficienter sit recognitum, Magn. Dn. Suendorff *ad Fibig. p. 722.* propter sufficientis recognitionis incertitudinem requiritur, Carpz. *in Proc. tit. 14. art. 3. n. 3.* Excell. Dn. D. Philippi, Fac. Iur. Lips. Asteff. *in Disp. de Recogn. Document. cap. 4. §. fin.* lata est, nulla plane publicatione attestationum, iamiam iatis cognitarum, opus erit.

CAP. II.

De

Reprobatione in genere spectata.

§. I.

Ignoratis principiis ignorari ea, quæ sequuntur, dicit Dynus *in c. 20. de R. I. in 6to.* Cum itaque de iis haec tenus sollicitus fuerim; ad principiata quasi & rem ipsam iter suscipio. Non exiguum vero probationis in iudicio esse *Licet proba-*
vsum, ex pluribus vel Mynsing. in Comment. ad *tit. de Probat. X. n. 1. & 12. Mascard. de Probat. Vol. 1. Q. j. n. 1. 6. 14.* *haut exiguum*
20. & passim, attestatur; dum nulla ferme causa in iudicium *fit:*
deducitur, quam aduersarius contradicendo non oppugnat,
vt ideo dubia ea facta probationis auxilio egeat. [Mynsing. d. l.
Exinde etiam probationem, animam processus dicere non
dubitauit Damhouder *in Pr. Civil. cap. 156. n. 1.*

§. II. Verum enim vero cum reis maxime fauendum *ex causis ta-*
a. L. f. ff. de fer. & dilat. c. 32 de R. I. in 6to. nec vlli litigantium *men adductis*
defensio deneganda, quippe quod ipsum ex aduerso cuicunque iuri repugnat, Clafen. *ad Conf. Crim. Carol. V. art. 73. n. 2.*
conf. Pufend. *de I. N. & G. L. 2. cap. 5.* nec semper probans suam
affectionem legitime & sufficienter proberet, *a. L. 4. C. de Edend.*
a. L. 2. C. de Prob. nec allegantis verba pro lege sint; ita, vt nec
Pape testimonium ubique firmum sit, Mascard. *de Prob. V. 1.*
Concl. 139. n. 13. iustitiae integritati, constantiaeque iudiciorum
valde conducit; vt reus aut ille, contra quem probatio est *non excludit*
reprobatio-
per-
nem,

sive per testes, sive per instrumenta probatum sit quia ex recognitione nem

mo statim condemnari potest,

nisi in proces-

su executiuo.

Limitatur.

Admittit igi-

nem contra aggressorem sine vila offensione praeunte alte-

naturale,

a) dicinum
reuelatum,

peracta, ad reprobationem admittatur. Nec refert, an probans per testes aut per instrumenta probarit: nam licet recognitio facta fuerit; non tamen statim reus condemnari potest, sed sua reprobatione audiendus est. Dn. D. Philippi in *Disp. de Recognit. Document. cap. 4. tb. 3. in fin.* Etsi enim recognitio contra recognoscentem praesumptionem faciat: illa tamen non est iuris & de iure, sed iuris tantum, quæ probationem contrariam admittit. Idem d. D. c. 4. tb. 6. Hæc vero in processu ordinario; non autem executiuo procedunt. S. P. O. tit. 24. §. Wenn auch. Dn. Suendend. ad Fibig. p. 707. Dn. Schmid. in sua Inaug. sub. Dn. Wildvogel. de Recogn. Document. c. 3. §. 1. in fin. cap. 5. §. 2. nisi reus ex instrumento guarentigato conuentus exceptiones in continenti liquidabiles opponere possit. Martini. ad O. P. S. Tit. 39. §. 2. n. 49. seqq. vid. infr. b. c. §. 11.

§. III. Quibus ex productis nunc luce clarius euinci potest argumentum; Reprobationem vt vtilem non solum, sed necessariam quoque defensionem litigantibus, competenter, omni iure, constitutione an statuto esse licitam. Quod si enim ius connatum seu ius naturæ violentam sui defensione, ut eam ius 1) nem contra aggressorem sine vila offensione præunte alterum inuidentem concedit. L. 3. ff. da I. & I. L. 4. pr. ff. ad L. Aquil. L. 5. pr. L. 45. §. 4. ff. eod. L. 1. §. 27. L. 17. ff. de Vi & Vi arm. L. 2. 3. 4. C. ad L. Corn. de Sicar. Pufendorff. cit. loc. §. 1. & 2. quis dubitat, nostram defensionem seu reprobationem, magistratus autoritate in iudicio absque corporali alterius lassione suscepimus, iure naturali esse permisam? Nec ius diuinum reuelatum diffensum facit; id quod omisis alii locis, ex textu canonico petendis, vñico exemplo vel luculentissimo, & ex libro apocrypho petito, probatum eo. Prouoco ad quotidianos SS. pandectarum lectors, annon illud in memorabil de Susanna historia inueniant: qua iuuenis quidam cause patronus, cui Daniel nomen, pro hac ad mortem iam condemnata reprobationem suscipiebat, & articulis reprobatorialibus per propriam partis aduersa iudiciale confessionem probatis, formosam & innocentissimam hanc mulierem post peractam reprobationem.

probationem ex praesenti supplicio vindicabat. Porro nec ius iustinianum refragari potest. Licer enim illud formam reprobationem non iniungat; virtualem tamen haud excludit. Reum enim excipientem suam exceptionem, velut intentionem, implere oportet, *L. 9. ff. de Probat. L. 5. 18. 19. ff. cod. L. 1. 2. ff. de Except. L. 17. ff. de Except. rei indic. Borcholt. de Action. cap. 1. n. 8. seq. Hilliger ad Donell. Lib. 23. c. 7.* Id quod clarius adhuc ex *L. 9. C. de Except.* patet, vbi reus suam exceptionem non statim probare debet, sed expectare potest, donec actor suam intentionem probauerit. Brunnem. *ad d. 4. n. 15.* quod pariter in *L. 19. C. de Probat.* reperitur, vbi idem Brunne-mann. *n. 1. conf. Pacian. de Probat. L. 1. c. 68. n. 55.* Cardin. Tusch. *Tom. 3. Concl. 373. Lit. E. Nigrinus in Tr. de Protest. vb. Testatio. n. 42.* Mafcard. *de Prob. V. 1. Concl. 37. n. 1. seq.* Quid igitur reus intentionem suam probando aliud, ac reprobationem, peragit, dum semper contrarium probare necesse habet?

§. IV. Ius Canonicum si euoluere liceat, nec hoc reprobationem reiicit; sed potius ipsi splendidius concedit pri-
4) Canoni-
cum,
vilegium, dum ibi non sola reprobatio, sed reprobationis re-
quod repro-
probatio obseruatur. *c. 49. X. de Testib. Mynsing, in Comm. ad d.*
c. n. 3. Brunnen. in Proc. Civil. cap. 20. n. 8. ita tamen, ut reproba-
tionis reprobationem
torios reprobatoriorum reprobare sit prohibitum, ne lis in-
probationem
finitum trahatur. *c. 2. de Rescript. in 6to. a. c. 15. de R. Lin. 6to. An-*
gel. de Perusio in Addition. ad Iac. Agidii de Viterbio Tr. de Testib.
n. 11. seq. Quod tamen prius iure nostro Saxon. non procedit. Ibi quippe reprobatori reprobatoriorum expresse sunt pro-
hibiti. Dn. Suendorff. *ad Fibig. p. m. 645.* B. Philippi *ad O.*
P. S. Tit. 21. Conf. 3. n. 2. nisi reo de novo quedam superueniant exceptiones, quas litis contestationis tempore ignorauerit, quibus reus, ignorantia suo iuramento confirmata, in articu-
lis suis reprobatoriis vti, & actor sua iura opponere potest, quo casu unico reprobatori reprobatoriorum nostro iure valent.
O. P. S. Tit. 21. §. do auch vb. Es wäre denn, vbi Martin. n. 9.
Carpz. in Proc. tit. 13. art. 2. n. 46. Idem *p. 1. c. 16. d. 14. n. fin.* Nico-
lai *in Proc. cap. 63. n. 10.* Quos tamen proprie reprobatorios esse,

quam Ziegler esse, dum actor in his solas rei exceptiones denuo subortas, rus non agno- quas hic probare intendit; infringere solet; inquit Ziegler.

scit,

5) Saxon- ad O. P. S. tit. 21. vb. reprobatorii reprobatoriorum. p. 146. seqq. Ex cum, quibus nunc simul innoteſcit: iure quoque Saxon. reprobationem esse permifſam, a quo ſimil ea ſua ſolemmia determinata accepit, vt appetat ex Conſt. Aug. 16. p. 1. vb. Wenn auch daß

Gegenheil O. P. S. tit. 21. in pr. Nec alia forā reprobationem

6) Imperiale, reſicunt. Obſeruatur & illa in Imperio eiusque Camera. Reſeff. Imp. Ratib. d. 10. 1654. §. 48. 49. 54. Gail. L. 1. Obf. 105.

7) Gothanum Rosbach, in Proc. Ciuit. Tit. 60. n. 9. In Territorio Gothano. Ord. iud. Saxo - Goth. part. 1. cap. 10. §. 14. vſ. Wer Gegen Beweis füh-

8) Lufatiente, ren will. In superioris Lufatiae iudicis. Oberlauf. Proc. Ordin. part. 1. tit. 20. vſ. Jedoch do ein Parth auf des andern angemafte

9) Magdebur- Beweisung einen Gegenbeweis führen wolte. In Ducatus Ma- gicum aliaq; gdeburgici foris. Ord. Elect. Proc. Magd. de 10. 1686. tit. 30. §. 18. aliisque pluribus in curiis.

Obtinet in §. V. Quibus autem in causis & processibus reprobatio proceſſu 1) obſeruetur, nunc videndum. Obtinet itaque ea in proceſſu criminali, 1) criminali c. 35. X. de Testib. eoqu tam ordinario ſeu accuſatořo, Carpz, in Pr. Crim. queſt. 100. n. 80. Martin. ad O. P. S. tit. 21. pr. n. 3. quam inquisitorio. Quid enim impedit, quin quo- ad effectum reprobatio dicatur; fi reus aut accuſatus contra articulos iuſtiſionales conficiat ſuos defenſionales, perque eos ſuam innocentiam deducat; quod ipſi permifſum in Sax. Ordin. Polit. de 10. 1612. Tit. von Iuſtiſien- Sachen n. 5. in vb. Und do er zu ſeiner defenſion etwas dienlich erachtere/ ſolches in Schriften die Zeugen gleichfalls darüber zu befragten übergeben möge. Conſtit. Crim. Carol. V. arr. 74. Struv. in jpr. R. G. f. L. 4. t. 19. apb. 13. Accedit, quod in proceſſu criminali tam ſtricta regu- lis iuris non ſit inhärendum. Carpz. in pr. Crim. q. 114. n. 16. Ob-

Obſt. C. 12. X. ſtare autem videtur c. 12. X. de Probat. vbi contra probationem de Probat. affirmatiuam, quod reus deliquerit, non admittatur reireproba- tio, qua ſe non deliquisse probare nititur. Resp. reproba- tio ibi ideo non admitti debet, quia iamiam ſufficienter & luce meridiana clarius eius delictum fit probatum, ita, vt nihil am- plius

plius, ac eius condemnatio restet: quo casu reprobatio plane fruola & temeraria esset, & item in longinquum porrigeret, vt ex carceris diurnitate poenae mitigationem sperare forte posset, conf. Carpz. in *Pr. Crim. q. 149. n. 43. seq.* Brunnen. ad *L. 25. ff. de Pan. n. 1.* Tiraquel. de *Pan. temp. caus. 41.* Mynsing. in *Comm. ad d. c. n. 7.* Conf. Crim. Carol. V. art. 69. vbi Clafen.

Possessoriorum summarissimum ne omittam, constat; & in illo possessorio
iuramentum testibus vtriusque partis consensu remitti posse, summarisi-
dum saltem id præparatorium iudicij possessorii principa-
lis est, & vel leues probationes propter celerem eius
expeditionem, ne partes interim ad arma deueniant, suffici-
unt, Gail. *L. 1. Obs. 7. n. 5.* Martin, ad O. P. S. *d. l. n. 137.* Carpz.
p. 2. c. 7. d. 15. His positis, dum vtriusque partis consensus ad Vnius partis
iuramenti testium remissionem accedere dictum est; satis aper-
tum, vnius partis remissionem, aduersario non consentiente, remisio, an
nisi in proprium præiudicium, non admittendam esse. Quod
& in Ord. Proc. Super. Lusat. *part. 1. Tit. Wann es nur hierauf,*
ij. legi potest. An autem reproducens testem, in probatione Q. An testis
iam productum, in reprobatione reproducere possit; tandem productus re-
queritur? Resp. affirm. nec vila ipsi suspicio falsi testi-
monii dicundi obici potest, cum & testis produktus iura-
mentum veritatis, quod omnem iniquam interpretationem
extinguit, denuo præstare teneatur. Carpz. *Prax. Crim. q. 115.*

n. 83. Quot autem testes in reprobatione sufficient, brevibus Q. Quot te-
determinari nequit; nisi dicam; ad reprobationis obiectum stes in repro-
esse respiciendum. Expressit autem numerum testium in ali-
quot negotiis Nell. a St. Gemin. *in Tr. de Testib. n. 83. seqq.* ciant?

s. XXIII. Secundus reprobandi modus per Instrumen- Modus ordi-
ta conficitur, quæ probationes probata a DDBus appellantur, narius 11. quo
v. Cardin. Tusch. *Concl. Pr. Tom. 6. Concl. 775.* Mynting. *ad De- per instru-
cret. Tit. de Testib. & attest. in Rubr. n. 4.* Gielhausf. *in Arbor. iudic. cap. menta repro-
6. part. 3. n. 5.* & validior dicitur hic modus reliquis, maiorisq;
autoritatis. Gloss. *in Rubr. ff. deside instr.* nam quod per instru-
menta probatur, id certum & manifestum dicitur. Carpzov.
L. 1. Relib. 28. n. 13. & reprobationi per testes factæ æquiparatur.
arg. L. 15. C. deside Instr. Gielhausf. *d. l. n. 4.* bamus.

Forum 1) acceptio; §. XXIV. Instrumentum itaque, cui documentum respondet, quodque vel generaliter pro omnibus, quibus iudicere contrauerfa fides fit, L. i. ff. de fide Instr. vel scripte pro scritptura probante L. 65. ff. de iudic. vel scriptius pro scriptura seu tabula L. 5. C. de Probat. vel scriptissime pro instrumento publico accipitur L. u. C. Qui pot. impign. a nobis in stricto significatu hic sumtum nihil aliud est, quam scriptura inter partes litigantes (aut a parte altera) ad maiorem rei gestae probationem consecuta, ut iudici exinde de litis veritate fides fiat; & diuidi solet in 1) publicum vel ratione a) cause efficientis, quod aut a persona publica, sonis publicis in iudicio constitutis subscriptum aut sigillo confirmatum est c. 2. X. de fide Instr. Et sufficit hic solum urbis sigillum, nulla neque consulis vlli, neque iudicis, aut Syndici accedente speciali subscriptione B. Philippi ad O. P. S. tit. 7. Conf. 6. n. 4. vbi n. 5. Praejudic. Sic instrumentum hypothecæ constitutæ sigillo publico sine iudicis subscriptione munitur pro sufficienti & valido pronunciatum fuisse meminit B. Dn. Brunneman. ad L. u. C. qui prior, in pig. n. 9. aut a personis extra iudicium, in officio tamen publico, constitutis, e. g. Notariis confectum est. L. 19. C. de Testib. c. 2. X. de fide instrum. vel ratione b) formæ quoad 1) petitionem, & originem, si ex archiuo publico desumuntur & petiuntur sit. Autb. ad. bac C. de fid. instr. sic libri censuales, quia in archiuis afferuantur plenam faciunt fidē, L. 10. ff. de Prob. quoad 2) insinuationem, quod actis publicis instrumentum est arg. L. 19. C. de testam. L. fin. C. de re iudic. vel ratione c) effectus; quod tribus testibus subscriptum est, L. u. C. Qui pot. in pign. & quod fidem facit in publico. Gielhaus. cit. loc. n. 6. & 2) priuatum, priuatum, priuata autoritate factum, ea, quæ gesta sunt, continens. Pertinet vero hoc chirographum, L. 24. ff. de Probat. L. 57. ff. de Administrat. tui. Cautiones, c. 14. X. de fide instr. syngrapha, antapochia, apocha. L. 2. C. de iur. Emphyt. L. 19. C. de fide Instr. liber rationum, L. 6. §. 3. ff. de Edendo. L. 26. ff. de Donat. L. 6. C. de Probat. epistola L. 52 ff. de past. L. 13. C. de Prob. & denique omnis priuata scriptura L. 5. C. d. t. Ex quibus nunc diuisi priuati instrumenti in schedulam, librum, & literas conficitur a Rulant.

Rulant. de Commiss. p. 2. L. 5. 6. 11. 12. 13. 14. De aliis diuisionibus
vid. Petr. Muller. ad Struv. Exerc. 28. th. 22. lit. B.

§. XXV. Ut autem nunc reprobans per instrumentum Reprobans, &
reprobare queat, requiritur, ut in instrumento sit nominatus,
quia res inter alios acta alias neque prodesse, neque obesse re-
gulariter potest, L. 27. §. 4. vb. ante omnia ff. de Paet. L. 63. ff. de re
iudic. C. 17. C. 25. X. de Sentent. & re iudic. L. 17. ff. de Except. re iudic.
Carpzov. L. 6. Resp. 8. n. 12. seq. Ast non hoc solum; sed ut re-
productus etiam ob rationis identitatem sit in eo expressus, ali-
as his instrumentis obicitur exceptio: Ego non sum. conf.
Carpz. in Pr. tit. 14. art. 2. n. 4. Berlich. p. 1. Concl. 44. n. 13. Mafcard.
de Probat. V. 2. Concl. 626. n. 40. Proinde quæstio patet, quæ instru-
menta ad reprobationem faciant? Resp. quæ sunt recognosci-
ta sint reco-
bilia. Instrumenta autem recognoscibilia quod attinet, sci-
gnoscibilia,
mus; iure Ciuii solum priuatorum fuisse recognitionem. L. 4. iure Ciuii. pri-
ff. testam, quem, aper. Auct. Contra, qui C. de N.N. P. Auth. si quis vata tantum,
caute. C. qui pot. in pign. quod & ius Camerale amplexum est, nec non iur.
ut ex Rec. Imp. de 10. 1654. §. 35. vb. auch in Gall. Martin. ad O. Cameral.
P. S. tit. 25. §. Weil es auch in den Gerichten. n. 20. Dn. Schmidt.
in sua Inaug. sub Excell. Dn. Wildvogel. de Recogn. Doc. cap. 3.
§. 8. apparet: & publicorum, cum ea per se probent, nullam Publicorum
fuisse recognitionem, quod & adhuc extra Saxoniam obserua- nulla reco-
ri docet Illustr. Dn. Stryk, in introd. ad prax. for. cap. 19. n. 7. in fin. gnitio:
Verum ipsa praxis Saxonica contrarium sequitur; quæ non nisi in Saxo-
priuata tantum, sed publica etiam instrumenta recognoscere nia,
inbet, non vero iurato diffiteri vult, id quod ob O. P. S. tit. 25.
pr. alle Brieffliche Urkunden. Dec. Elect. Nov. 74. vbi B. Philippi,
Obs. 1. & 2. Carpzoy. in Pr. tit. 14. art. 2. n. 17. & p. 1. c. 17. d. 20. Ziegler.
ad O. P. S. tit. 25. vb. Alle Brieffliche Urkunden. Quod tamen Excipiuntur
ad decreta, recessus iudiciales, & sententias, quæ iam vires rei
iudicatas accepere, non extendendum; hi quippe per se
plenissimam habent fidem & probationem, hinc nullarequiruntur
in his recognitio, & absque ea ad reprobandum faciunt.
Resolut. Grauam. de 10. 1661. tit. von Insitien - Sachen. n. 1. vs.
Wenn nehmlich zum andern, Conf. Dec. Elect. Saxon. Nov. 12. Dn.
Suen-

Suendendorff, ad Fibig. p. 710. B. Philipp. ad dec. Elector. S. 4.
Non vero obligations iudici liter confirmatae, non tam ad hanc exceptionem obligations confusū judiciali confirmatas referre poteris, quæ licet tacite sint recognite; tamen adhuc expressa requiritur recognitio, ita & Dnn. Scabin. Lips. ao. 1682. responsum excell. Dn. Philippi in Disp. de Recogn. Doc. cap. 3. §. fin. allegat. Quod tamen iterum fallere puto, si partes in iudicio tempore confirmationis ac insinuationis scriptam obligationem & sigillum ipsi impressum, iam pro sua manu & sigillo suo expresse agnouerint, quia tunc alia recognitio nullibi requiri videtur.

Q. An lingue peregrine instrumentum sit recognoscibile: Af- firm,

Q. An copiae fint recognoscenda? Neg.

Limitatur.

Q. An pro parte instrumentum re-

§. XXVI. Linguae exoticæ instrumentum an sit recognoscibile, occurrit quæstio? Resp. affirm. & parti aduersæ, recognitionem deneganti, persentiam iniungitur, ut illud in linguam vernaculaum transpositum recognoscatur Dn. Suend. ad Fibig. p. 673. ita tamen, ut interpres eius iuramentum prius præfet, ac illud transponat. Carpz. p. 3. Dec. 224. n. 8. seq. atque ita Dnn. Scabin. Lips. in causa G. F. A. contra N. E. ann. 1682. responderunt. nisi sit Notarius. Carpz. d. l. n. 20. vel iudex Idem n. 23. vel partes interpreti illud remittant. Id. n. 19. Copias instrumentorum absque suis originalibus si consideramus, per eas reprobationem suscipi non posse, videmus, arg. L. 2. ff. de fide iustr. Autb. Si quis, C. de Edendo c. 1. X. de fide iustr. Carpz. in Proc. tit. 14. art. 5. n. 16. Meinius pars. 8. Dec. 237. Mynsing. ad c. 1. X. de fide iustr. n. 12. cum illæ nec recognoscenda veniant. Dn. Suend. ad Fibig. p. 709. nisi factæ sint a præfectis Archivi principis supremi. Molin. in Confus. Par. 5. j. n. 28. Quod & in Saxonia practicari conspicitur, vbi copiae a Secretario iudicij appellationum supremi ordinario descriptæ, reprobant & recognoscenda sunt, conf. Carpz. p. 3. Dec. 236. n. 8. plures limitaciones, quibus copias recognoscendas esse, adeoque per eas reprobari posse, allegat Mynsing. d. l. n. 27. 30. 31. 32. Dn. Philippi in Disp. de Recogn. Doc. cap. 3. §. 19.

§. XXVII. Instrumentum pro parte recognosci posse, negat. Dn. Suend. ad Fibig. p. 724. seq. Carpz. in Proc. tit. 14. art. 2. n. 62. Martin. ad O. P. S. tit. 25. §. Weil es auch. n. 76. Ziegler.

Ziegler. *ad O. P. S. tit. 25. vb.* daß es die Hand oder Siegel sey. *vbi recognosci preiudic. p. 160.* adeoque non sufficit, recognoscere suum sigil- posse? Neg. ium aut subscriptionem, sed & contenta recognoscere debent.

Carpz. *L. 3. Resp. 80. n. 15. seq.* vid. remissiue Nell. a S. Gemin. *in rr. de testib. n. 229.* nisi de fortiori aliqua falsitatis presumptio limitatur, constet. Carpzou. *in Pr. tit. 22. art. 1. n. 45. seq.* iuxta quam limitationem in causa Tobias Kreugmanni heredum contra Christian. Kreugmannum, qui plures producisti instrumenti falsitates ostendebat, in supremo appellationum iudicio Dresdeni mens. April. ao. 1693. pronunciatum fuit, quæ sententia in leuteratione confirmabatur eodem anno, mens. Octobr. Sicut itaque instrumentum pro parte recognosci potest, vel non: ita & eveniens reprobari per illud possimus. Quid si instrumentum probans instrumentum suspectum producat, tunc suo iuramento illud salvare tenetur, cum iudex, si animus circumveniens presumat, ex officio, parte aduersa non petente, instrumentum deferre queat. Dec. Sax. Elect. nou. 70, Nicol. *in Proc. cap. 53. n. 15.* atque hunc in modum Dnn. Scabin. Lips. ao. 1682. responderunt.

§. XXVIII. Quoniam vero semper non conductit, ut reprobans aduersa partis conscientiae rem suam committat: potest recognoscere vel diffiteri volentem repudiare, suumque instrumentum per testes contra aduersarium probare. S.P.O. Tit. 25. s. do aber producentem, vbi B. Dn. Philippi *Conf. 3. & Martin. n. 1.* ita tamen, vt testes iurata depositionem ad articulos faciant, & de manu scribentis testificantur. Dn. Siuendend. *ad Fibig. p. 740. seq.* Carpz. *in Proc. tit. 14. 4. 3. n. 66.* Ziegl. *ad O. P. S. tit. 25. vb.* Es sollen dieſelben vorher schwören. p. 160. Dum vero res haec satis clara est, nolo plura adducere, sed me remitto ad Cardin. Tusch. Tom. 4. *Concl. pr. act. 253. & 255.* Nell. a S. Gemin. *in rr. de testib. n. 228.* Campeg. *de testib. Reg. 307.* qui ibi tres simul habet fallentias. Quod & de instrumento perduto afferit Guid. Papa *in consil. 75. n. 5.* Quodsi nunc reprobans producitum suum instrumentum per testes probare desiderat, quæritur, an requiratur, vt testes ipsi viderint scribentem instrumentum

mentum exarare? Negat Carpz. in Proc. tit. 14. art. 3. n. 66. & p. 1.

c. 17. d. 14. n. 7. & L. 3. Resp. 84. n. 2. Illustr. Dn. Stryk. in *Introductio ad Præcepta iuris* cap. 19. §. 10.

Dissentit vero ab his Berlich p. 1. *concl. 44.* n. 2. Rulant. de *Commis. P. 2. L. 5.* c. 39. n. 32. Moller. *Lib. 4. Sem. 43.* n. 4. Nicol. in Proc. cap. 53. n. 5. propter Nou. 73. cap. 1. *vbi testes presentes dicant.*

Ast resp. Verum responderi potest; quod præsentia testimoniū in d. N. non necessitatē sit, sed cum illi negotio forte causa aliquo interfuerint, postea, līte de eo negotio exorta, in testimoniū dicundū producti, siam præsentiam simul allegare debent, quo probationi maior vis fiat. Vel, si necessario adhiberi debent, quod hoc in casu ibi expressō & speciali, nempe in depositi instrumento obtineat, dicendum est, propter singularem depositi fauorem, & plenam tergiuersationis probationem, dum difficile diūtū est, amicū amicū fallere; vel

quod hoc saltem de iure Ciuiili sit dispositum; quippe quod hic interpretationem extensiām actiūam non patitur. Hinc ipse Berlich. d. 1. n. 50. nostram opinionem defendit, quam satiā fundatā video in O. P. S. tit. 25. §. do aber dem producēten vb. Worfür sie dieselben halten oder erkennen. Quibus in verbis nulla testimoniū præsentia continetur, hinc cum Serenissimus Legislator eam non requisiuerit; nec nos eam requirere possumus, arg. L. 8. de *Publ. in rem. Action.* Proinde sufficit, si de manu scribentis deponant. Et sic etiam abhinc paucis annis Dnn. Scabin. Lips. in causa Iustinæ Kayserin contra C. Bohsen pronunciass̄e, ab huius causæ patrono percepī. conf. Dn. Philippi *Disp. de Recogn. Doc.* cap. 2. tb. II. Ziegler. ad O. P. S. tit. 25. vb. Allein uff Hand und Siegel. Licet autem hæc reprobatio per instrumentum cum testibus licita & fundata sit; attamen in processu saltem ordinario, non vero executiō procedit. Dn. Suendend. ad *Fibig.* p. 739. seqq. quia in hoc recognoscens statim post recognitionem exceptions suas proponere easque instrumentis liquidis in continenti probare debet.

Carpz. p. 1. c. 8. d. 14. 15. 28. nisi (1) per testes summariter in continenti probare velit suum instrumentum, actoris guarentigato oppositum. Carpz. d. 1. def. 29. qui tamen iudicis arbitrium

Recognitio
per testes
cessat in pro-
cessu execu-
tiō,

Limitatur,

um non excludendum esse afferit, d. l. n. fin. aut nisi (2) processu ordinario ex instrumento guarentigato suo actor egerit.
Dec. Elect. Sax. nou. 12.

§. XXIX. Videtur adhuc licet, an recognitio specialiter sit petenda? ius Camerale si euoluimus, quæstio affirmari posse videtur ob Recess. Imp. nouiss. de a. 1654. §. 35. vb. Der documenten recognitione jubieten / & §. 39. vb. auch in puncto recognitionis, auf des Kl. Erfordern / & §. 45. vb. recognitionem, wann/ und so viel von nothen/begehrten. Mores e contrario nostros quod spestat; quæstionem negamus; & hoc ob textus generalitatem in O. P. S. tit. 25. §. Weil es auch / vb. welche sein Gegenheil wird ihn produciret - zu recognosciren schuldig, vbi Martin. n. 29. seqq. B. Philipp. ad Dec. Elect. nou. 2. Obs. 6. n. 8. seqq. Imo iudex non petitam recognitionem ex officio imponit. Idem ad Dec. Elect. Nou. 74. Obs. 1. n. 9. Dn. Suendend. ad Fibig. p. 710. Carpz. in Proc. tit. 14. art. 2. n. 12. Refutus tamen distinguere putat Dn. Philippi, an recognitio ita sit necessaria, vt absque ea sententia fieri non possit, aut non: illo casu iudex subueniat recognitionem iniungendo & suadendo; non autem hoc. vid. Eius Disp. de Recogn. Doc. cap. 2. tb. 1.

§. XXX. Nunc ordo extraordinarios reprobandi modos considerare iubet. Placuit vero primum adducere eum, qui in comparatione literarum consistit, & probari potest in L. 20. C. de Fide Instr. conf. Pantschmann. Ques. Præl. Lib. 2. q. 2. n. 6. Et obtinet, quando tertii iam mortui instrumenta ad probationem faciendam sunt producta. Dn. Suendend. ad Fibig. p. 739. Martin. ad O. P. S. tit. 25. §. Weil es auch in denen Ge. richten. n. 124. ita, vt heres ob ignorantiam manus aut sigilli ne- que ad recognitionem, neque ad diffensionem adigi possit, dum heres iustam & probabilem a defuncto rerum gestarum igno- rantiam habere censetur, B. Philipp. ad O. P. S. Tit. 18. Conf. 2. n. 4. & alias huius scripturas reproducens sapientius grauisimo afficeretur damno. Berlich. p. 1. concl. 44. n. 43. Alia porro quando repatet via, qua reprobans siam probationem per literarum productus ne- comparationem instituere potest, quando nempe repro- gat, esse suam manum.

Etus negat, esse suam manum : quo casu hic a iudice cogitur, (dum rem iuramento committere ob persona qualitatem sepius periculose est,) vt quædam scribat, quæ scripture postea comparatur. Berlich. d.l.n.40. Pacian. de Probat. L.1. cap. 63. n.167. seqq. Rulant. de Commiss. p.2. L.5. c.39. n.7. Quod & in processu inquisitorio ob famosum libellum emissum cautelæ loco notare iusit Illustr. Dn. Stryk. in Intro. ad Pr. for. cap. 19. §.9. Requiritur tamen hic, vt (1) iuret reprobans, se nullam aliam probationem sui instrumenti habere, nec quicquam fecisse, quod veritatem immutare queat. Martin. ad Proc. d.l.n.125. vt (2) scripture, ex qua comparatio fieri debet, vel ex archiuo publico deprompta, vel testibus subscriptis sit. Carpzou. L.3. Rep. 84. n.11. Idem in Proc. tit. 14. art. 3. n.80. Dn. Suendendorff. ad Fibig. p.744. seq. & (3) fiat per peritos scribendi, qui tamen iurant, non vt testes, sed vt periti. Carpzou. d.l.n.76. Plura requista recenset Pantschmann cit. loc. n.2. seqq. Quid autem facta literarum comparatione reprobans lucretur, controverti solet ? Dicunt alii, cum semiplene sias exceptiones intentionemque suam probare posse, ita, vt, si aliae præsumptiones accederent, iuramentum suppletorium reprobanti deferri posset. Pantschmann. d.l.n.22. Alii eum plene probasse statuunt. Carpzou. L.3. Rep. 84. n.6. Idem in Proc. tit. 14. art. 3. n.74. & part. 1. Conf. 17. def. 15. n.5. Quorundam & inclinare videtur Dn. Suendend. ad Fibig. p.743. Alii rectius in iudicis arbitrium, quantum per eam reprobatum sit, reiciunt, inter quos est cum Carolo Molinæo Menochius de Arbitr. iudic. c.14. n.6. Martin. ad O.P. S. tit. 20. in rubr. n.208, quia comparatio scripture fallax ac debile præbet indicium, cum multi reperiantur, qui exacte manum alterius in scribendo imitari didicerunt, vt ipse Carpz. p.1. c.17. d.12. n.4 lit.

Cessat comp.
lit.

loquitur. Cessat autem comparatio literarum, si (1) iuramentum diffessorium sit præstitum, si (2) scripture ex qua nec testibus fuerit subscripta, nec (3) ex archiuo publico accessita, (4) in processu executiua. Dn. Suendend. ad Fibig. p.744. Martin. ad O.P. S. Tit. 25. §. Weil es auch in den Gerichten/ n.128. nec non (5) in magni præiudicij causis, si quantitatem vnius librae excedit nego-

Requisita
comp. liter.

Effectus
comp. liter.

negotium, Klock. Vol. 4. Conf. 44. n. 72. Martin. d. l. n. 131. seqq. & denique (6) in causis criminalibus, vti ex Fabro in Cod. lib. 4. tit. 14. def. 71. habet Martin, cit. loc. n. 133.

§. XXXI. Veritatem magis oculata fide, quam per au- Modus extra-
res animis hominum infigi Sacratissimus Imperator in §. 9. Inst. ordinarius II.
Tit. de Grad. Cogn. locutus est. Nemo itaque hærebit, repro- quo per ocu-
bationem per ocularem inspectionem æque absolui posse, imo lar. inspect.
talem reprobandi modum maxime conducere, cum oculis Huius per O.
ris inspeccio non solum omnium probationum sit firmissima, I. reprobatio-
Gail. L. 1. Obs. 26. n. 9. sed & inter probationes a Doctoribus pri- nis utilitas,
mum accipiat locum. Rutger. Rulant. de Commiss. p. 2. L. 3. c. 1. n.

3. Hinc Baldus omnem probationem vincisi adspexit in con-
trarium testificetur, annotauit ad L. Deo nobis, 56. C. de Episc. &
Cleric. n. 7. Dum igitur de ocularis inspectionis prærogatiua
ac utilitate, quam videre licet apud Cardin. Tusch. Concl.
Pract. Tom. 6. Concl. 776, Berlich. p. 1. Concl. 47. n. 2. nullum super-
est dubium: eam Serenissimus Saxonie Elector æque com-
mendauit, vt iudex etiam ex officio istam iniungere queat, vti iudex eam ex
in O.P.S. Tit. 28. in Pr. ub. Wenn es gleich von den Partheyen nicht officio iniun-
gesuchet wird/aus richterlichen Amte die Verordnung thun/legen-
dum erit, vbi Martinus cum allegatis DDBus n. 7. consentit.

§. XXXII. Locum vero ea obtinet in pubertate discer- Obtinet O. I.
nenda. Pr. Inst. Tit. Quib. mod. tur. fin. in virginitate exploran- in variis ne-
da, c. 4. X. de Probar. in grauitate cognoscenda. L. 1. §. 10. ff. de gottiis,
Ventr. Inffec. in hermaphrodito determinando a. L. 10. ff. de Stat.
Hom. Alphons. a Caranza de Part. leg. c. 17. n. 66. & c. 2. §. 13. S. cl.
1. n. 160. Carpz. l. 2. Def. Eccles. 16. n. 12. seqq. in partus maturitate
& integritate inuestiganda. Zach. Quest. Med. Leg. L. 1. T. 1. q.
7. n. 2. In finibus diuidicandis, in noui operis nunciatione, in
seruitibus, in carceris situ, in sepulchris, in alueo mutato,
aliisque in capitulis, in quibus magis iudicium, quam testimoni-
num attenditur, Berlich. p. 1. c. 47. n. 4. quæ omnia enumera-
re superfluum erit. Videri autem plura posunt apud Petr.
Muller. ad Struv. Exerc. 28. tb. 14. lit. d. Rutg. Rulant. de Commiss.
d. l. cap. 4. Martin. ad O. P. S. d. l. n. 12.

re exigente.

Obseruan-
dum habet
iudex,

& reprobatu-
rus,

Hæc per O. I.
reprobatio
contra iura-
mentum ad-
mittitur.

§. XXXIII. Non tamen prius ea attenditur, quam re exigente. Cardin. Tusch. d. l. n. 17. S. P. O. d. T. v. das eine Sachen auff den Augenschein bestehet. Obseruandum autem habet tam 1) iudex, quod ea quidem per in arte peritos fieri possit, ac debeat, nec tamen per hos solos; sed pariter ipsius iudicis praesentia requiratur. Petr. Muller. d. l. adhibitis insuper quibusdam testibus. Martin. d. l. n. 33. Rulant. d. l. cap. XI. quam 2) reprobaturus, vt legitimo tempore articulos reprobariales cum nominibus testium offerat. His peractis terminus cum depositionis, tum inspectionis præfigitur: in quo testes in iudicis praesentia terminos e. g. adspiciunt, in illo autem iurato ad articulos respondent. Annon vero in secretis mulierum, & alii eiusdem nota negotiis euoluendis alia incedunt via; nolo contradicere. An vero reprobatio per ocularem inspectionem contra iuramentum admittatur, quæri solet? Resp. affirm. hinc licet statuto cautum sit, vt iuramento præstito stetur, nec contraria probatio admittatur; fecus tamen erit; si per ocularem inspectionem reprobare velit, non obstante iuramento, ex statuto contrariam probationem prohibente. Cardin. Tusch. d. l. n. 26. Hipp. Marfil. in L. 1. §. se ferius ff. de Quæst. Statutum enim omnem probationem excludens, per ocularem inspectionem institutam non excludit. Berlich. d. l. n. 25. cum omnis probatio vincatur, si adspectus in contrarium testificetur. Bald. *supra*. Paris de Puteo *de fin. feud.* c. 3. n. 2. seq. & quod oculus, certissimus rerum arbiter, vidit; nemo fideliter negare potest. Rulant. d. l. cap. 1. n. 2. Accedit, si iuramentum iudiciale seu a parte parti delatum, (de quo & hic sermo) per nouiter instrumenta, modo illa non sint ambiguæ, sed evidenter potius & liquida, contrariam probationem admittit. Carpz. p. 1. c. 15. def. 3. n. 5 seqq. B. Philippi in V. Pr. L. 4. Eclog. 50. n. 10. seqq. sequitur, quod iuramentum multo magis reprobationem per ocularem inspectionem, quæ omnia, etiam liquidissima instrumenta, vincit, admittat. Huic autem per ocularem inspectionem reprobationi merito adiungimus

re.

reprobationem per euidentiam facti & notorietatem, de qua,
cum ex traditis de ea iudicari potest; nolo disferere.

§. XXXIV. Nunc ad reprobationem per iuramentum transitum tento. Quanquam vero in L. 30. pr. ff. de iure iur. iuramentum non probatio; sed saltem exoneratione a probatio-
ne & reprobatione appellatur, vti & Mascard. de Probat. V. 1. Concl. 87. n. 8. Hoppe ad inst. tit. de liter. Obl. p. m. 786. seq. & Car-
pzov. in Pr. tit. u. art. 1. n. 120. volunt: nihil tamen impedit, quin reprobationem per illud peragere possimus. Et posito, quod sit releuatio a probando; habet tamen vim & effectum probationis. Rauchbar. p. 1. q. u. n. 31. adeoque Vlpian. in L. 11. §.
3. ff. de iure iur. inquit: Perinde haberi, quod iuratum est, atque si probatum est, atque sic plenae & sufficienti probationi æquipollat. Rauchbar. d. 1. n. 27. Et quanquam reprobatio per iuramentum in subsidium, si aliae probationes defecerint, datur arg. eorum quæ habet Martin. ex Carpzon. & Mevio, ad O. P. S.
tit. 18. §. Es wird aber auch n. s. non tamen reo & reprobanti præjudicat, quo minus, si ipsi placuerit hæc reprobandi via, eam eligere possit; præprimis cum & hic iste reprobandi modus ad extraordinarium referatur. Et procedit ille non in processu ordinario solum; sed summario etiam. Martin. ad O. P. S. Tit. 18. Pr. So der Klgr. den Befl. n. 57. seq. & ad Tit. 39. §.
Wenn aber das Urtheil. n. 81.

§. XXXV. Quando vero reprobanti per iuramentum liceat iuramenti delatio, & quid circa eam obseruandum, vi-
dendum erit. Audiamus itaque O. P. S. Tit. 18. §. 4. vbi; Dō Defert autem
aber der Beflagte Klgr. den das fundamentum exceptionis ins Ge; illud reus a-
wissen schreiben wolle / soll ihm solches so lange frey stehen / bis ihm
der wegen Beweisung auferlegt wird/ oder er sich selbst dagegen er-
hebt. Ex quibus verbis elucet; reum, si reprobationem per
iuramentum suscepturus sit; oportere statim in litis contesta-
tionis termino illud deferre, vbi litis contestationi exceptio-
nem peremtoriam, quam in reprobatione sua per iuramentum
aduersa partis probaturus est, annexit. Dn. Suendend. ad Fib.
p. 1300. Quodsi vero reus in litis contestatione iuramenti de- in litis conte-
latio- statione,

aut, si omisit, lationem omiserit; potest illud per modum leuterationis ad-
per leuterati-
onem.

Fiat delatio
in prima vel
secunda posi-
tione:

huc deferre; modo in eius termino realiter id fiat; secus si sal-
tem illud iterum sibi referuet. Postquam autem reus consti-
tuit actori iuramentum deferre, illud vel in prima, aut secunda,
non autem tertia positione faciat, ne actori beneficium rege-
rendi ab iudicetur, & aduersus factam delationem ab excipi-
endo excludatur. S.P.O. d.l.vb. Gedoch daß er solche delation
nicht bis auf den letzten Satz späre/ vbi Martin. num. 4.

§. XXXVI. Reus itaque iuramentum deserat, ante-
quam reprobatio ipsi persententiam iniuncta, aut ab eo accep-
ta fuit. S.P.O. d.l. vbi Martin. n.9. Carpz. p.1. c.12. def.33.
Dn. Suendend. ad Fibig. d.l. Alias enim si horum vnum fa-
ctum, reus, siue iuramenti delationem in articulis reprobato-
rialibus, siue alio modo procuret, amplius non auditur. S.P.O.
d.l. Martin. d.l. n.10. vbi priuatus. nisi in litis contestatione de-
lationem super suis exceptionibus sibi reseruauerit. Nicolai in
Proc. cap. 38. n.3.4. quo casu iudex delationem reo in enunci-
ando reseruare tenetur. Carpzou. p.3. dec. 229. n.22. Nicolai,
d.l.n.5. Martin. d.l. n.10. An autem expressis verbis iudex
eam reo reseruare debeat, quæritur? Vult hoc quidem Car-
pzou. in Proc. T.10. a.1. n.122. cui consentire videtur, Ziegler,
ad O.P.S. tit.18. vb. Alleserlegt wird. p.17. Non tamen hac
opinio necessitat, adeoque si reo in sententia iuramenti dela-
tio expressis verbis non fuerit reseruata, ea non erit priuatus.
Dn. Suendend. ad Fibig. 1391. Ita Dnn. Scabin. Lips. mens. Aug.
ao. 1686. responderunt. Limitat tamen hoc Ziegler, modo
reus iuramenti delationem in litis contestatione sibi reserua-
verit, cit. loc. vbi responsum allegat. Sin autem reus sibi in litis

nisi in L.C.
delationem
sibi reserua-
vit,

An tunc iu-
dex expresse
re delatio-
nem reserua-
re teneatur?

Hæc sub iuri-
um compe-
tentium re-
seruatione
comprehen-
ditur,
& omisla in
sententia ni-
hilominus
competit,

contestatione
reprobationem, omniaque iura competentia,
non tamen iuramenti delationem, reseruavit, quæritur: an
eam adhuc sibi attribuere queat? & resp. affirm. Iacet enim
non explicite; implicite tamen eam sub omnium iurium com-
petentium reseruatione sibi reseruavit. Nec nocet reo, si dela-
tio in sententia, non obstante reseruatione, est omisla; dum per
leuterationis modum facile eam impetrare potest. Ad hæc
multi

multi Practicorum, obseruantia edocti dicunt: etsi reus eam plane sibi non reseruauit, tamen ea in reprobatione vti posse, quia est remedium ipso iure competens; & cum ipsa reprobatio, non reseruata, denegari non possit; multo minus eius caput, aut pars non reseruata, denegari poterit; siquidem de eo, de quo maius, etiam minus predicator. Nunc paucis Aetor vero videndum, si actori, reo affirmatiue respondent, & exce- reprobaturus ptiones quasdam peremptorias opponente, reprobatio iniun- per iuramen- gitur, & ille eum per iuramentum suscipere desiderat; quid tum reo obseruandum sit? Et puto, eum, siue acceptauerit per senten- quando illud tiam iniunctam reprobationem, siue minus; siue se obtule- defert.
rit jam ipsi, siue nondum; eam per iuramenti delationem, suscipere posse, dum in hoc casu vel ego nihil dispositum le- gi. Imo licet nec reseruari sibi iuramenti delationem; nihilominus tamen reprobare posse aetorem per iuramentum coni- cito. Atque ita in actione negatoria Dnn. Scabin. Lips. in cau- sa Franz Engels contra Michael Langen, coram Senatu Lips. de publicatione d. 28. Jun. anno. 1687. dasi Vektr. seines Vor- wendens ungeacht auf den 12. Gegenbeweis articul sich einzulaf- sen schuldig. V. R. W. Quæ ipsa sententia mens. Sept. eiusdem anni per leuterationem confirmabatur.

§. XXXVII. His ex traditis colligitur, quid reprobanti per iuramentum incumbat, præprimis reo reprobanti; vt 1) post item contestatam iuramenti delationem regulariter si. Reus in L. C. bi reseruet. Ziegler. ad O. P. S. Tit. 18. vb. So lange frey stehn verbaliter, p. 117. Articulos 2) reprobatoriales conscribens, in iis realiter in Articulis iuramentum deferat. Dn. Suendorff. ad Fibig. p. 1393. seq. reprobatoris i.e. ad quolibet articulum, super quo iuramentum defert, realiter illud adiiciat simul clausulam; Dieser articul wird Rtrn. in sein Christl. Gewissen si scilicet factum sit proprium, Lauterb. in actoris con- C. 1. p.m. 173. circ. pr. ferme; vel Gewissen/Wissenschaft und Wohl scientie, si berouft si factum alienum, Lauterb. d.l. in casu negationis sit proprium, Eydlichen Eröffnung gestillet. Prior formula, vt de veritate: si factum sit altera esse dictum habet, vt de notitia & credulitate iuret Carpz. alienum: p. 1. C. 12. def. 40. seq. Proinde si factum alienum soli conscientie, alias noua in-

CAP. II. DE REPROBATIONE

non simul notitiae commissum; sententia interlocutoria ad iuramentum non dirigitur, sed alia ipsi iniungitur reprobatio. Atque ita in causa probationis in causa Annæ, Johannis F, vxoris contra Reginam Georgii P. viduam mens. Mart. anno 1691.

Reprobans articulos insinuerat, &c.

In termino delationem absque articulis repeatat.

Aduersa pars contra delationem audiatur;

an iuramentum suscipere aut referre velit?

modo relatio super facto alieno fiat,
super proprio referens pro confesso habetur,
hodie aliter.

Carpz. p. 1. C. 14. d. 10. seq. adeoque si quis delatum super proprio facto iuramentum referat, pro confesso habetur & tota causa cadit. Aliam autem hoc in causa viam elegit sibi praxis & obseruantia, quæ hanc relationem pro frustanea iudicat, & referenti adhuc iuramenti principalis præstationem iniungit, prout ampliss. Facult. iurid. Lips. ao. 1694. mens. Novemb. pronunciat. Quæ vero de relatione iuramenti dicta sunt,

sunt, procedunt saltē in iudiciale, de quo hic actum fuit; non vero in legali. Berlich. p. 1. *Concl. 32. n. 45.* Carpzov. *P. n. C. 14. d.*
7. B. Philippi ad O. P. S. *Tit. 18. Conf. 4.* Et hæc de reprobatione per iuramentum.

§. XXXVIII. Confessionem esse probationem, quæ si Modus extra-
eri potest, efficaciem, ex L. 5. C. de Transal. deducit Cardin. ordinar. IV.
Tulch. *Concl. Præl. Tom. 2. Concl. 645. n. 1.* Roland. a Valle 1. *Conf.* quo per con-
21. n. 2. idemque operari ac publicum instrumentum, ex Bal- fessionem re-
do Godofredus in *not. add. d. 1. 5. Lit. r.* allegat. Per instrumentum probamus.

tum vero ordinariam fieri posse reprobationem, supra dixi.
Quid itaque obstet, quin & per confessionem sulcipi posse re-
probationem, assererem? Format enim reprobatus artículos iuxta partis confessionem, & vnicuique eorum sub-
scribit: Hunc articulum probari per partis confessionem in
actis aut aliis instrumentis recognitis notatam. Nec nocet:
quod eam saltē relevationem ab onere probandi reproban-
dique dicant. Gielhaus in *Arbor. iudic. cap. 6. p. 4. n. 1.* hoc enim
est, si in se, non autem, si quoad effectum consideretur. Linck.
ad Decret. Tit. de Confess. §. 1.

§. XXXIX. Ut autem de ea paulo dilucidius dicam, sciendum: confessionem vel iudiciale vel extra iudiciale, omis-
sibus reliquis eius diuisionibus, quas habet, Linck. d. l. esse. Fit vero iu-
diciale l. ad partis aduersæ positiones respondendo, quæ in iu-
dicij imperii occurrit, Rec. Imp. Ratisb. nou. de 10. 1654. § 49. vb.
aledann der oder diejenige articul für gerichtlich gestanden / vel
in scriptis aut ore tenus. In scriptis si confessio facta sit, non
prius effectum fortitur, ut confitens pro confessio habeatur,
quam si postea scripturam iudiciale recuperaretur, vel
patiatur, ut propter contumaciam pro recognita iudicetur
scripturaista confessata, cum & contumax pro confessio ha-
beri possit, c. 2. de *Confess. in oto.* B. Brunneman. *iniur. Ecol. L. 3.*
c. 4. §. 4. id quod tam de iure Imperii, quam Consistoriorum
aliorumque iudiciorum procedit. Idem L. 3. c. 2. §. 19. Ex
tra iudiciale autem intra priuatos extra ius & iudicium (qua-,
ratione hæc olim differebant. vid. Vultei. in *ppr. Rom. L. 2. cap.* fit priuatum,

Est vel iudici-
alis vel extra-
iudicialis,
illa fit ad par-
tis aduersæ
positiones re-
spondendo,
aut in scriptis
aut ore tenus,

& probat se. 26) parietes peragitur, & effectum semiplenæ reprobationis
miplene, fortitur, ita ut reprobanti ob plena reprobationis defectum
quod limita iuramentum suppleritorum deferri posse coniiciam: nisi gemi-
nata aut a parte acceptata, conf. Carpzou. p. 1. C. 16. d. 2. Linck.
*ad Decret. d. 1 vel per scripturam priuatam, aut epistolam, quæ
pariter recognosci præprimis debet, vel per testes probata sue
utilitatem in rit. Lauterb. in C. j. tit. de Conf. p. m. 581.* Quæ confessio in cau-
causa crediti multum sane utilitatis habet, vbi præstat, vt credi-
tator, quo tutius eo iuribus suis prospiciat ac inuigilet, non so-
lius debitoris chirographario fidem habeat; sed insuper testes
tribus non pauciores adhibeat, qui se subscribunt. *Auth. si quis
vult caute, C. Qui pot. in pgn. quo ipso non solum confitens a
via negandi excluditur, sed etiam, si testes adhuc in viuis, ordi-
narie, vi manum recognoscant; sin oculis mortalium ere-
pti, fati minus impleuerint, (vti Gordianus Imperat, in L. 6. C.
de Collation. loqui amat,) extraordinarie per comparationem
literarum probari potest debitum. conf. B. Brunneman. ad d.
Auth. n. 7.* Cum autem debitores sèpsum confessionem testi-
bus præsentibus recusent, pro cautela ponunt, vt ille, cui
confessio est facienda, testes cortynatos h. e. occultos habeat,
vt tamen confessurum percipere accurate possint, quo ipso
auditu excepto confitens postea conuinicitur. *Dn. D. Philippi,
in Disp. de Probation. de Auditu, c. 5. §. 9. in fin.* De judiciali ad-
huc notandum, eam firmam plenamque probationem indu-
cere: modo præsente aduersario fiat. *L. 6. §. 3. ff. de Confess. Giel-
hauf. in Arb. indie. cap. 6. part. 1. §. 102. n. 2. Mafcard. de Prob. V. 1.
Concl. 348. n. 39.* Quod tamen ad ius Civile Linck. *ad Decr. d. 1.*
restringit. Proinde iuxta iuris Canonici aequitatem eam va-
lere volunt, modo coram iudice competente deponatur. Ludov. Engel. *in Coll. Uniu. iur. Can. X. tit. de Conf. n. 12. Card. Tusch.
Pr. Concl. Tom. 2. concl. 64. n. 1, 2.*

An ad con-
fessi conde-
mnationem
sententia re-
quiratur?

§. XL. Quæri ultimo licet: an ad condemnandum
confessum sententia opus sit? Et resp. cum faltem confessus
pro iudicando, non indicato habeatur, semper sententia ad
minimum declaratoria opus esse, quamquam alii aliter, ad quos
me


me referre volo, respondere solent. conf. Brunnen ad Tit. C. de Confess. n. 6. Mascard. de Probat. V. 1. Concl. 344. n. 5. seq. Cardin. Tusch. Conclus. Prædic. Tom. 2. Conclus. 675. Gielhaus. in Arbor. iudic. cap. 6. part. 4. n. 17. Nec prodest confessio, licet re- Confessata vocet ea, quæ confessus est, quia contra confessata non datur reuocare non regressus. arg. L. 14. §. 9. ff. de Ædil. Edic. & a. L. 1. ff. de Confit. Pec. licet, cum honestæ gratuitati maxime repugnet, reuocare confessa- limitatur, ta, nisi in continentis fiat, aut si ex interuallo error probetur, dum hic ob mortalis conditionis imbecillitatem haud raro contingere solet a. L. 2. C. de V. j. E. modo erratum sit in facto, non autem in iure, quatenus error circa lucrum, aut rem a- missam versetur. L. 4. & 7. ff. de iur. & fact. ignor. Rosbach. in Proc. Ciu. Tit. 65. n. 15. seqq. conf. B. Brunnen, in iur. Eccl. L. 3. c. 4. §. 9. Tyndar. de Tafib. n. 7. vbi n. 5. inquit: Confessum con- fessionem reuocare non posse, sed saltem interpretari. Quod non ineptum est.

§. XLI. Præsumtio cedit veritati, quia hæc illi præua- Modus extra-
let. Cardin. Tusch. Tom. 6. Concl. 612. Pacian. de Prob. L. 1. c. u. n. ordinari. V.
13. Petrus Muller. ad Struv. Ex. 28. tb. 19. Lit. β. Carpzov. P. 2. C. quo per præ-
2. D. 8. n. 2. Attamen nemo ex his inficias ibit; præsumptionem sumptionem
veritati maxime accedere, & verisimilitudinem dici posse. Ma- reprobamus.
scard. de Prob. V. 1. Q. 10. n. 15. hinc & vera dicitur probatio, in
casu tamen, quo probationes præsumtive fieri possunt, vt in
filiatione, adulterio &c. Mascard. d. L. n. 16. imo accedit, quod
præsumtio iuris liquidissimam inuoluat probationem. Pacian.
de Prob. L. 11. c. 8. n. 2. Nec refragatur n. 3. quo ille præsumptionem Non obstat
tantum reuuationem probationis dixit, v. Rosbach. in Pr. Ciu. quod eam re-
Tit. 53. n. 9. cum enim iam supra hæc in se, non ratione efficius leuationem a
valere dixerim; hic saltem adiiciam: quodsi per præsumtio- probando di-
nem probare licet, nullibi etiam prohibitum legatur, quo mi- cant:
nus & reprobatio per præsumptiones instituatur. Nec obstat, aut probandū
quod præsumtio probandi onus in aduersarium reiiciat, Car- onus in ad-
pzov. in Pr. Tit. 13. a. 1. n. 16. atque ita; si pro reprobaturō mili- versarium re-
tet ea; tunc actori incumbat probatio: Resp. concedendo,
Præsumptionem omnis probandi in aduersarium transferre,

hinc & præsumtio pro actore a reprobato per contrarium
præsumptionem elidi debet, aut quod hoc intelligatur de præ-
sumptione hominis, nisi ex altera parte fortior existat præsum-
tio. Rosbach. in Pr. Tit. 64. §. 37. aliter adhuc respondet Paci-
an. d. Tr. L. 1. c. 9. n. 7. An autem præsumtio ad condemnandum
sufficit? Resp. distingu. inter causas ciuiles & criminales;
has quod attinet, euoluator Carpzou, in Pr. Crim. q. 16. n. 51. sq.
Eckolt. ad ff. Tit. de Publ. iudic. §. 6. quoad illas vero distinguendu-
m puto: an adit præsumtio hominis, aut iuris, aut iuris &
de iure. Hoc casu quæstionem affirmare licet, L. 34. C. ad L.
iul. de Adulter. quia adeo pro vera habetur, ut nec contrarium
probandi admittat, nisi per iudiciale partis aduersæ confessio-
nem. Gielhau. in Arbor. iudic. c. 6. part. 4. n. 1. Crot. in Tr. de
Tetib. part. 7. n. 85. vel per notorietatem. Eckolt. ad ff. tit. de
Probat. n. 11. isto casu eadem datur responso, modo contrari-
um non possit probari, a. L. 20. C. de Prob. illo autem casu iterum
distinguo; an sit præsumtio temeraria & leuis, aut violenta,
priora duæ ad condemnationem nihil faciunt; secus videtur
in ultima; quod tamen æque pro regula absque exceptione
assumere nolo, v. remissive Pacian. de Prob. L. 1. c. 9. n. 10. conf.
quoque Fachin. II. c. 70. Sarmient. i. Select. Inverpr. c. 1. c. 14. X.
de Præsumt. Ab his autem recedit Eckolt. cit. loc. ob c. 2. X.
de Probat. qui in ciuibibus præsumptionem indistincte sufficere
statuit. Verum absque præiudicio dicam: hanc opinionem ex
d. c. vix euinci posse. Nam Alexander III. Pontifex ibi pro-
hibuit iuramenti delationem, que iuxta consuetudinem quan-
dam actori, licet per testes aut instrumenta probarit, iniun-
gebatur, in casu vero recusationis fides probationibus non ha-
beatur, & deficiente probatione legitima & ordinaria, iura-
menti delationem permittebat, sin autem tali in casu iurans iu-
ramentum præstare solebat, condemnabatur ille, non ex
præsumtione, sed ex probationis defectu.

§. XLII. Lex contenta est ea probatione, que haberi
potest, si materia sui natura difficultatem probandi habet.
Gail. L. 2. Ob. 149. n. 9. Ex quibus nunc constare potest, sape
pro-

Modus extra-
ordin. VI, quo
per famam



probationes non adeo relevantes & sufficientes admitti. Per auditum, &c. famam itaque, & positis terminis habilibus, per auditum eam reprobamus, sufficienter fieri posse, exakte ab Illustr. Dn. Stryk. in *Tr. de iur.* remisive ad- *Sens.* *Dissert.* 3. c. 3. 4. Dn. D. Philippo in *Dissut. de Probat.* ducitur. de auditu. Petr. Muller. ad *Servv. Exerc.* 28. th. 14. *Mascard. de Prob.* L. 1. c. 49. demonstratum fuit. Dum autem idem, quod in probatione, etiam in reprobatione practicatur: & per famam, auditum, aliosque modos hanc institui posse arbitror. Nunc de legitimo reprobationis instituendae & peragendae tempore dicenda veniunt, ast de eo in Cap. sequenti.

§. XLIII. Omnen actionem suum finem respicere, eo- que acquisto illam cessare, ex Logicorum præceptis liquet. Hanc igitur doctrinam secuturus videam, qua fini reprobatio suscipiatur. Quis itaque nescit, in iudicis de re controuer- Cum iudicis sententia lis fa litigari coram iudice competente, vt sua sententia item de- ciat, L. 9. L. 13. C. de *indic.* Verum quomodo iudex nobile deciderit, L. 1. illi de con- faum officium inter litigantes decidendo controuersias iuste illi de con- ac legitime exercere poterit, nisi de litis bonitate ac veritate trouersia fi- fidem ipsi faciant partes litigantes. Proinde non obscure pa- des fiat; tet, reprobationem a reprobante vel maxime institui, partim vt non ius reprobantis solum, & eius innocentia, sed & ipsa controuersia eo clarius innoteſcat; partim, vt veritas in aper- tum producatur, & iudici fiat nota. Couarruu. *Var. Refol.* L. 1. c. 1. p. 7. An autem & aduersario fides sit facienda, querunt? Non aduersa- & respondent regulariter neg. ob L. 12. ff. de *Probat.* L. 83. §. 1. ff. Non aduersa- de V.O. Vultei. de *indic.* L. 3. c. 7. §. 106. Hinc ex Oldendorpio rio, *Mascardus* loqui solet: Si aduersario fides facienda esset, nun- quam satis ipsi probatio (& reprobatio) faceret, etiam si solem ipsum ad ostendendum veritatem in manibus gereres. vid. ille V.1. Q. 2. n. 24. Positis iam his, non tamen credendum, ac si ad- quod limita- versario plane nulla sit facienda fides, quia ipsi postea acta & tur. actitata sunt tradenda. *Mascard.* d. l. n. 25. Hinc dico principa- liter in gratiam iudicis, & ad eum de lite informandum, repro- bationem facere, dum iste non solum iuxta conscientiam, sed & acta & probata iudicare debet. c. u. *Caus.* 30. q. 5. L. 6. §. 1. ff. de Offic.

Offic. Praesid. Illustr. Dn. de Rhetz in Instit. iur. Publ. L. 1. t. 1. §. 40.
seq. Minus principaliter vero, & secundario etiam aduersario
de controuersia per reprobationem fides quedam communica
nanda erit, quo non solum ipsi litigantes cause qualitatem
videant, sed & vt eo melius de ea disputare possint.

Reprobans
tandem aut
condemna
tur,

aut absolu
tur,

licet nihil
probarit,

Quid si re
probatio pro
bationi pre
mittatur, &
reprobans ca
cadat?

§. XLIV. Reprobantem, nisi amicabilis compositio vel transactio praecesserit, aut absolu, aut condemnari rationis est. Hoc contingit, cum pars aduersa suam intentionem firmis argumentorum fundamentis probauit. *a. L. 4. C. de Edendo, L. 2. & 23. C. de Probat.* aut quando reprobans sua reprobatione cadit, suam intentionem & exceptiones suas legitime non deducendo. *a. L. 9. C. de O. & A. Illud e contrario accidit, quando pro
bans nihil probauit. dd. LL. aut probauit quidem, sed non suf
ficienter, ita, vt reprobans eius intentionem maxima ex parte eliderit, dum iuxta iuram non rite factum cum plane non fa
sto comparari solet. arg. L. 1. ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. Du
bia enim probatio nihil releuat. Martin. ad O. P. S. tit. 21. §. Es soll aber gleichwohl n. 10. Licet itaque reprobans nihil prorsus probauerit; absoluatur tamen, c. fin. X. de iurei modo aduersa pars suam intentionem non probarit. S. P. O. d. 1. vb. und da
solches nicht geschehen / vbi Martin. n. 1. Rebuff. intr. de Reprobati
on. n. 40. Sin autem pars aduersa semiplene probauit, tunc
ipsi iuramentum suppletorium imponitur *L. 31. ff. de iurei.* at
que ita reprobans non absoluitur. Quid autem dicendum,
si reus reprobationem suam actoris probationi praemittat, eam
que anticipet, inque ea succumbat: an reus condemnandus
erit? Resp. neg. arg. L. 5. C. de LL. quia actor ius agendi non
dum probauit. *L. 9. C. de except.* nisi actor suam intentionem af
feruerit. Dn. Suendend. ad Fibig. p. 637. Martin. ad O. P. S. tit.
20. §. Ein jeglich Parth. n. 317. seqq.*

§. XLV. Non condemnatur reus debitor, nisi ab acto
re creditore debitum fuerit demonstratum, & a reo contra
rium ostendendo responsum, quae nec in summariorum omitti
possunt. Clem. Sepe. de V. S. Verum haec in summariorum simplici
ter talibus, non autem in summariorum executiuis obtinent.

B.

B. Philippi ad Dec. Elect. XII. Obj. n. 5. 9. 10. hinc quilibet videbit, ipso iure nullum reprobationum in 1) executiis processibus esse locum, conf. Coler. de Proc. Exec. Part. 3. c. 1. n. 15. seq. 1) executiis, quod ipse Serenissimus Saxoniæ Legislator in d. Dec. noniss. XII, adiectis his duabus limitationibus, 1) nisi reprobans habeat exceptiones in continentia liquidas, & 2) nisi ex instrumento guarentigato via ordinaria ingrediatur creditor, clementissime constituit. Quamvis duci possit, in priori limitatione reum, si instrumentum pro suo recognoscatur, & exceptionem peremptoriam impropriam opponat, non tam reum manere, quam potius actoris vices subire, cum recognito instrumento, debitum fateatur, & excipiendo actor fiat, & sic potius demonstrat, quam remonstrat. Quod tamen afferere nolo, si instrumentum in genere, saluis exceptionibus, non tamen pro suo, recognoscatur, & exceptionem peremptoriam propriam oppone velit, dū hoc in casu omnino reus permanet. Quod posteriorē limitationē spectat, ibi nō ampli⁹ processum executiū, sed ordinariū, qui reprobationem admittit, obseruari, *supra* §. 6. traditur, conf. Carpz. L. 3. Resp. 63. Nicolai in Proc. cap. 63. n. 3.

Trans eo (2) ad possessorium summarissimum. Constat vero de 2) Possessorio eo, quod illud reprobationē admittat, quod tamen non de reprobatione solenni & ordinaria; sed minus solenni & summaria seu remonstratione dictum volo, v. *supr.* §. 6. nifus consensu Nicolai d. I. & Carpz. L. 3. Resp. 75. n. 12. seq. & in Proc. tit. 13. 4. 2.

n. 4. Licet enim ibi tumultuarie procedatur, substantialia tamen processus iure naturali introducta omitti haud debent. Carpz. P. 2. c. 7. D. 17. n. 4. Porro 3) in processu criminali eo ca-

3) Processu si, quo delictum perpetratum testibus satis probatis & habi- criminali libus, quorum depositiones luce meridiana clariores sunt, a. L. certo respe-

fin. C. de Prob. fuit probatum; & que reprobationē reiici ostendit C. 12. X. de Prob. v. *supr.* §. 5. Quid autem 4) juris, annon re-

4) contra probatio admittitur, si pars aduersa suam conscientiam pro- probationes

bationibus exonerauit? Olim hanc questionem in dubio fuisse pro exone-

randa con-

docet Martin. ad O. P. S. tit. 19. §. Wenn nun einer. n. 1. Carpz. scientia su-

P. 1. C. 14. D. 16. n. 1. Hodie autem eam negative decisam esse, non

sceptas,

solum in Conſt. Aug. 14. part. 1. ſed & in O. P. S. d. 1. legitur: ratio datur ea, ne conſciētiā ſuam probatione liberaturo re-gressu ad iuramentum, ſi in probationibus defecerit, contra O. P. S. d. 1. auferatur, quod omnino fieret, ſi aduersarii contrarie probationes admittentur, & ille plene vel ſemiplene probaret. Carpz. d. 1. Martin. d. 1. n. 2. Sic Serenifimus Saxoniæ Elecotor in Dec. nouiss. XLIX. non ſolum hoc in caſu reproba-tionem; ſed ipſa quoque interrogatoria, contra cauſe merita, non autem contra teſtium perſonas producta, abrogare voluit. conf. B. Philippi ad d. Dec. Obſ. I. n. 9. Nicolai in Proc. c. 63. n. 3. Carpz. in Proc. iu. 13. 4. 2. n. 4. Contra reprobationem 5) in foro Saxonicō non admitti nouam reprobationem, contra priorem illam, iam abſolutam, ex O. P. S. Tit. 21. §. do auch der Bell. v. b. Wie auch der R. mit fernern Gegenbeweis/conſtat, v. ſupra §. 4. iuramen-tum 6) iudiciale præſtitum reprobationis ceſtationem cauſare, expeditiuriſ est. L. 1. C. de R. C. & iurei. Conſt. Aug. 15. part. 1. vbi Carpz. D. 1. 2. 3. B. Philippi L. 4. Eclog. 50. n. 8. Mafcard. de Probat. V. 2. conel. 956. n. 23. seq. Nec obſt. L. fin. C. d. 1. cum illa ob fauorem ultimarum voluntatum ad ſolas testamentarias cauſas reſtringatur. B. Philippi d. 1. n. 12. & B. Brunnem. ad d. l. n. 9. Et huic facere videtur reſponſum, quod Ampliſ. Fac. Iur. Lips. in puncto Rei Vindicat. & in cauſa S. D. S. contra A. M. P. (vbi rea relato atri ci iuramento, eoque ab haec præſito, nihilominus exceptionis fuę probationem deducere cupiebat, opponens, quod per iuramentum faltem libellus ſit confir-matus, non autem exceptio oppoſita ademta,) mens Auguft. ann. 1703, ob L 34. §. fin. ff. de iurei. ita concepit: Bell. hingegen wider den abgelten Haubt-Eydt mit ihrer vorgeſchützen exce-pition non competentis actionis weiter nicht gehöret werden. B. R. W. Rea enim ſibi imputare habet, quod aduersam par-tem ſua in cauſa iudicem voluerit, L. 37. ff. de iureiur. B. Philippi d. 1. n. 6. conf. Lauterb. in Disp. de Relat. iuram. v. b. 109. Vol. 3.

Ex facto ho-minis, 1) ſi articuli im-pertinentes.

§. XLVI. Ex facto hominiſ reprobationem ceſſare vi-debimus. Hoc 1) contingit, introductis articulis impertin-entibus. His enim reiectis, vt impertinentibus, quibus re-pro-

reprobatio inclusa est; ipsa etiam reiecta est reprobatio. Cum itaque reprobans articulos suos contra iuramentum iudiciale, a parte probante super certis quibusdā libel i factis iam præstatum, formasset, illi tanquam impertinentes reiecti sunt a Dnn. Scabin. Lipsi. ann. 1692. mens. Iul. in causa D. S. contra D. B.

Ob negligentiam (2) reprobationem desertam fieri elapso termino reprobatorio, tradit O. P. S. Tit. 21. in pr. Id quod etiam de termino reprobationis anticipato dicendum est, licet probationis terminus adhuc duret, quia alias lites non abbreviantur, sed protrahuntur, conf. Carpz. in Proc. tit. 13. a. 2. n. 34. seqq.

& in L. 3. Resp. 70. n. 5. seqq. Reprobans enim viam, quam semel elegit, ambulare tenet, iuxta regulam: Viam, quam elegisti, ambula. L. 21. §. 6. ff. Quod met. Caus. L. 1. §. 10. ff. de Separat. C. 21. de R. I. in 60. Hinc cum reus intra terminum Saxonum a die declarationis, se reprobationem anticipaturum esse, computandum non obtulerit articulos: reprobatio, licet citatio ad publicandas probationis attestations non emissa fuerit, a Dnn. Scabin. Lipsi. mens. Mart. an. 1671. pro deserta iudicabitur. Accidit (3.) reprobationem cessare, si reus sue reprobationi renunciat, quod ipsi iuxta supra adducta, & sub limitacione, quod priuatus suo fauori renunciare queat, nisi per hoc aduerfario detur ansa malignandi. Coler. in Pr. Ex. part. 1. c. 10. n. 203.

licitum est. v. b. c. §. 13. Quær. autem, si 4) actor iuxta probationi renunciat, an reprobatio cesset? & resp. si reus vi sue reprobationis saltem absolutionem obtineat, tunc ab communem iuris regulam in L. 4. C. de Edend. cessat reprobatio, secus, si auctoris condemnationem in expensas refundendas, aut ad restituenda ob mutuam obligationem vrgeat. Dn. Suendend. ad Fibig. p. 639. Alium porro & (5) modum, qui tamen ad b. §. n. 2. referri potest, scimus, quo reprobatio æque cessat, si reus in ipso auctu, quo sententia super litis contestatione lata partibus publicatur, eam sententiam vel in persona vel per mandatarium, speciali mandato instruētum, approbat, & postea, termino reprobandi elapso, reprobationem suam interponere desiderat. Idem ad Fibig. p. 616. Martin. ad O. P. S. tit. 20. §. Ein ieglich Parth

²⁾ elapso termino,
etiam anticipato.

³⁾ si reus reprobationi renunciat.

⁴⁾ si actor probationi renunciat, certo respe-
ctu.

⁵⁾ si approba-
super L. C. la-
ta, post la-
psum termini
reprobare cu-
pit,

n. 345. nisi approbatio sit inutila, & renunciatio generali-
 6) si reus ex- ceptions le- gitime non opponit. n. 345. nisi approbatio sit inutila, & renunciatio generali-
 ter saltem facta. Dn. Suendorff. d. l. p. 617. Tandem 6) re-
 probatio nullum sortitur locum, si reus, prout supra dictum
 fuit, exceptions suas, tempore litis contestationis haud igno-
 ratas, quas in articulis reprobatorialibus deducere nititur, in
 L. C. non opposuit. O.P. S. Tit. 21. §. do auch der Welt. Denique
 7) si non pro curat, reites examinari. 7) si non pro curat, reites examinari. n. 345. nisi approbatio sit inutila, & renunciatio generali-
 tandis suis testib⁹ negligens fuit. O.P.S. tit. 20. in pr. vb. Und fol-
 gende mit fleißigen Unhalten. & Tit. 21. in pr. in fin. Atque ita in
 puncto iniuriarum, quo testes quidem cum articulis oblatis
 nominati, nec tamen intra anni spatium realiter produci
 erant, in causa D. S. contra D. B. Dnn. Scabin. Lips. ann. 1689.
 mens. Ianuar. pronunciarunt, quæ sententia in appellationis
 instantia a supr. Cur. Prou. Lips. mens. Jun. 1689. confirmata
 est. Et quanquam hoc in responso de probatione enuncia-
 tum fuit: constat tamen, reprobationem cum illa æquali iure
 perfriui. O.P. S. d. l. His enumeratis, quibus reprobatio cessa-
 re solet, casibus acquiesco, & ad reliqua progredior.

CAP. III.

De

Reprobatione post publicatas
Attestationes.

§. I.



De iur. Ciu.
actori & reo
æqualis ter-
minus con-
ceditur.

Nre quam nunc ad quæstionem nostram, an
reprobatio post publicatas & didicitas attestations
sit valida, transeamus, connexionis gracia
de terminis reprobationis quædam dicen-
da erunt. Vti vero de iure Ciuii, quo pro-
bationum tempora pro distantiâ locorum, &
personarum qualitate sunt moderata. L. I. C. de Dilat. æqualitas
inter actorem & reum seruanda, vt, quantum temporis con-
cessum sit actori, tantum etiam reo, si petat, concedatur: Gail.

L. 1.

L. 1. Obs. 91. n. 13. Vultei, in Iurispr. Rom. L. 2. c. 31. p. 640: ita & nostro Quod & de iure Saxonico idem ius inter actorem & reum receptum vi iure Saxon. demus. Proinde eodem, qui probationi a Serenissimis No- mothetis constitutus est terminus , reprobatio etiam ab soluitur termino. Martin, ad O. P. S. Tit. 21. §. do ein Parth. n. 13. Hinc quicquid faciendum est intra terminum probatorium probanti; illud & reprobanti terminum intra reprobatorium incumbet. Berlich. p. 1. Concl. 39. n. 1. alias ille, hoc neglecto , quippe qui peremptorius est, pro elapsō habetur, nec vltiori reprobationi regulariter locus erit. Constat. Aug. XVI. p. 1. vbi Carpzov. Def. 12. n. 2. Martin, d. l. n. 21. Dn. Suendendorff. ad Fibig. p. 644. Et illud ipsa correspctiuorum natura satis euincit. Carpzov. in Pr. tit. 13. a. 2. n. 20. Cum, quod actori permisum , permisum etiam sit reo. L. 41. ff. de R. j. C. 32. de R. j. in 610. dum rei partes multo fauorabiliores habentur, ac ipsius a- toris. L. 125. ff. de R. j. & iudicium claudicare non debet. C. j. §. inquisitioni. X. de Except. Est autem hic reprobandi terminus vel a quo, vel ad quem; de illo priori loco agendum erit.

§. II. Probauimus vel per solos testes, vel per testes & Terminus re- documenta simul, vel per documenta solum. Sin per testes probatioris tantum, aut per testes cum documentis probatum est, termi- a quo 1. cum natae citati- nus ad publ. documenta- tum, per testes aut documenta- tionem attestationum probatioris audiendam & videndam a simul proba- dicione ad partes facta desuper probant sollicitatione, eman- tum, currere incipit, & probat id Constat. Aug. 16. part. 1. in vb. est dies infi- Von der Zeit an / als ihm die citation zu der publication der Be- ntuatæ citati- onis ad publ. twisung zu kommen / quæ verba in O. P. S. Tit. 21. in Pr. repetita attest. videmus. conf. Berlich. d. l. n. 3. Carpzov. d. C. def. 12. n. 3. Hinc Non dies ter- non a die termini ad publicationem probatioris prefixi, prout mini ad publ. Dnn. Scabin. Lips. in causa der Buchhändler Zinnung zu Leipzig/ attest. polici, contra Hans Jacob. G. eiusque consortes an. 1688. mens. Nouembr. responderunt: nec a die exarata citationis hocce nec dies ex- spatiū solet currere. conf. B. Philippi ad O. P. S. Tit. 4. Conf. 3. rate citatio- nis. Non autem quævis insinuatio citationis promiscua; sed Insinuatio de- illa sola, quæ sit a ministro publico (ita Lauterb. in C. j. p. m. 31. bet fieri, nun-

annuncio iurato, nuncios iudiciales appellat,) iurato attenditur. S. P. O. d. T. 4, in pr. vb. durch gewisse den Gerichten verpflichtete Bothen ausserigen. Alias enim citatio parti tradita non presumitur, nisi probetur. Treutler. V. t. D. 4. tb. 4. Lit. B. Hinc si propter loci distantiam, aut nunci ordinarii absentiam ea per alias permanentem insinuatur; de insinuatione legitime facta prius nulla fides habetur, quam iuramento eam firmavit insinuans: vel Notarius desuper instrumentum confecerit. B. Philippi d. l. Conf. 9. n. 2. Martin. d. l. n. 293. & 296. Carpz. in Proc. T. 7. 4. l. n. 52. seqq. Porro nec quævis citatio sufficit; sed illa tantum, quæ sex septimanarum & trium dierum spatium continet, Berlich. p. 1. Concl. 39 n. 3. ita, vt, si vel vnicus dies defecerit, citatio sit nulla. B. Philippi d. l. Conf. 3. n. 1. Laborante enim citatione, eius insinuatione, aut relatione desuper, & sententia & processus laborat. conf. Eckolt. adff. tit. de in ius voc. §. 11. An dies insinuationis in terminum reprobatorum computandus sit, controvenerit solet inter Berlichium, qui d. l. n. 4. cum allegato Maranta & Mollero negatiam sequitur opinionem; & inter Carpzouium, qui p. 1. C. 16. D. 12. n. 7. & in Proc. Tit. 13. 4. 2. n. 25. affirmatiuam sententiam adstruens, rationem suam in eo ponit, quod hoc in casu tempus de momento in momentu currat, & huius termini spatium pro forma reprobationis sit.

d. C. Def. 8. n. 2. seqq. cui consentit Bechmann. in Comm. ad ff. tit. de Probat. Obs. Praet. 20. Ego itaque horum opinionem in puncto iuris & praxi; Berlichii vero sententiam in ipsa æquitate fundatam puto. Vbi enim tempus de momento in momentum labitur, dies termini in termino computandus est. Gail. L. 1. Obs. 193. n. 5. & ex eo Rauchbar. part. 1. q. 3. n. 16. Martin. ad O. P. S. Tit. 21. in pr. n. 24. seq. B. Philippi ad d. T. Conf. 1. n. 6. seq. Ait secus est, quando non momentum, sed dies integra numeratur, vt in citatione ad comparendum & respondendum ad insinuatum aëtoris libellum, tunc enim insinuationis dies in terminum non computatur. conf. Serenissimi Saxonie Electoris Accis - Patent sub dat. Dresde d. 19. Mart. an. 1670. Carpz.

pzov. P. 1. C. 2. D. 23. n. 4. seqq. Martin. ad O. P. S. tit. 4. in pr. n.
200. seqq.

§. III. Vt autem terminus reprobatorius dicto abhinc tempore currat: auctōr sua probatione functus sit, necesse est. Ex aquero sua sponte fuit; nulla fieri posse ratione, vt termi- Limit. 1. tem-
nus reprobatorius, auctōre sua probationi renunciante, eo- minus repro-
dem, quo dictum fuit, modo possit currere; quia impossibi- batorius,
le est, ad non factam attestationem, eiusque publicationem quando auctōr
partes vt citari queant. Proinde hoc in casu non a tempore sua probatio- ni renunciat.
factae renunciationis, vt Berlich. d. L. n. 4. absque fundamento
& æquitate statuit; cum hac ratione actoris renunciatio sua
probationis in rei præiudicium, eam factam esse ignorantis,
atque ita innocentis, contra renunciationis effectum gene-
ralem, & sancta legum placita, redundaret; sed potius & re-
tius a die notificatae reprobanti renunciationis terminum
nostrum currere dicimus. Consentit Dn. Suendend. ad Fibig.
p. 639. Aliud etiam nostri termini a quo spatium obseruamus, Lim. 2. quan-
si probans ob probationis sua formalium omissionem & negle- do auctōr sua
ctum ea cadat, sicutque illa deserta fiat. Hoc enim in passu ter- probatione
minus reprobatorius currere incipit a tempore, quo senten- cadit;
cia super probationis desertione lata, in iudicatum transiit. Nec
obstat, auctōre non probante reum absolvi, atque ita reprobatio-
nen esse frustaneam: cum sciendum sit, reprobationem hic
non ex necessitate aliqua absoluta requiri, sed saltem hypothetica & conditionata, dum reprobatio reprobantis arbitrio
reliqua est. Cum itaque eam sibi conducere videat, non ob-
stante, auctōrem non probasse, nihilominus reprobaturus eam
suscipere potest, quia iuris dispositio, & rei iudicatae efficacia
non permittit aut efficit, in hoc scilicet casu, vt reprobanti
absque sua culpa denegetur defensio. conf. Dn. Suendend,
ad Fibig. p. 639. Quod tamen secus est, si reprobatio parum aut
nihil conducat, & saltem ad absolutionem ab instituta actione,
quam reus, auctōre non probante, etiam ea non suscepta, im-
petrat, tendat. supr. c. 2. §. 46.

§. IV.

Lim. 3. quando reus eum anticipat,

§. IV. Porro singularis reprobatorii termini cursus initialis (3) occurrit, si reus seu reprobans istam citationem non expectauerit, sed eam praeuenerit. Quis enim nescit, reprobanti propter litis abbreviationem concessum esse, hunc terminum anticipare, atque, simulac articulos probatoriales accepit, ut probantis fundamentum, quod sua probationi ille subiecit, eo accuratius cognoscere inde queat, siuos articulos reprobatoriales offerre, licet nondum dicta citatio sit emissa, quo casu probatio & reprobatio pari passu, absque tamen confusione, peragi potest. vid. O. P. S. Tit. 21. §. Gedoch wollen wir vbi Martin. n. 1. & Dn. Suendend. ad Fibig. p. 625. His itaque positis, nunc terminus reprobatorius ab eo ipso tempore, quo reprobans ad reprobationem suscipiendam fese obtulit, currit, etiam si citatio ad publicationem attestationum nondum sit emissa. Berlich. Part. 1. Concl. 39. n. 5. B. Philippi ad O. P. S. d. Conf. 1. n. 4. Bechmann supr. cit. loc. b. c. §. 2. An autem iudex probationem & reprobationem simul expediri, & hanc anticipare, reprobanti possit iniungere, controverti potest? Afirmationem in. firmat cum Baldo, Berlichio, Martinus d. l. n. 3. Verum saluo tinctorum ICtorum respectu, quæstionem nego non solum ideo, quia iudex non contra, sed secundum leges ultra concessam facultatem extendere potest, a. L. fin ff. de inv. sed quia O. P. S. tit. 21. ne syllabam quidem de ea iudicis potestate anticipacionem iniungendi habet, iam vero sine lege aliquid facere, erubescimus. Nou. 18. c. 5. Et hoc afferendum puto, siue sint causa ordinariae, siue summariae. Nec refragatur in his abbreviatio litis, dum Serenissimus Saxo in sua Ord. Proc. anticipacionem reprobantis arbitrio reliquit; non vero iniunxit, & hoc in §. Gedoch wollen wir vb. soll ihne ein solches zu thun unverbothen seyn/ quæ verba satis liberam, non coactam anticipacionem indicant. Imo accedit, quod anticipatio semper non tuto fiat, quia, vt dixi, vltior reprobatio cesat. Bechm. d. l. hinc cum multum odiosi ea continueat, non suadenda nimis, aut serio iniungenda venit.

§. V.

POST PUBLICATAS ATTESTATIONES.

65 Terming re-

§. V. Termino reprobatorio a quo, per testes si probatum fuit, perlustrato, eum nunc, quando documenta sola probationem subiere, ad euoluendum habemus. Hoc itaque casu, dum nulla publicatione opus est, quia documenta recognoscantur eo iam tempore, quo fuere recognita, innotuerunt. Et dies institutus termini reprobatorii a die insinuata citationis ad procedendum super probatione currere solet. S. P. O. tit. 21. §. Weiss aber der Beweis. Carpz. P. 1. C. 16. D. 13. Berlich. p. 1. concl. 39. n. 6. Qui terminus non iure solum Saxonico; sed iure etiam patro, v. Ord. Proc. Sup. Lusat. Part. 1. tit. 20. v. f. Wenn aber der Beweis, nec non iure Magdeburgico obtinet. O. P. M. cap. 30. §. 19. diese zur Gegenbeweisung. Non autem a tempore facta recognitionis hic terminus computandus venit, licet actor vrgeat, reum seu reprobantem ob cessationem reprobationis, a tempore recognitionis factam, termino suo reprobatorio cecidisse: minime tamen eius perito desertur, sed potius contrarium pronunciatur. Berlich. d. l. n. 6. Bechmann. in Disp. de Termino Saxon. §. 17. nec contumacia accusatio attenditur, vti Dunn. Scabin. Lips. an. 1692. mens. April. in causa D. I. W. P. & A. S. A. pronunciarunt: Dass die eingebrachte Ungehorsams Ver- schuldigung noch nicht statt habe. Nec denique a tempore, quo sententia, super recognitione lata, vires iudicati accepit, hic terminus currit: nisi sententiae, super documentorum recognitione latæ, inserta sit clausula: Dass nunmehr mit der beginnenden Gegenbeweisung billich verfahren werde: tunc enim terminus reprobatorius a die iudicati incipit currere. S. P. O. d. 1. Et hoc obtinet iure Saxonico, & Magdeburgico, vti videndum ex S. P. O. d. 1. & Ordin. Proc. Magd. d. l. vb. jedoch a die iudicati angehen. conf. Carpz. in Proc. T. 13. a. 2. n. 30. & P. 1. C. 16. D. 13. n. 2. Quam vero limitationem adduximus, non attendere videtur Ordin. Proc. Sup. Lusat. cit. loc. cum nulla ibi distinctio, sed generalis potius constitutio inueniatur, quæ ex his verbis: So soll die zur Gegenbeweisung nachgelassene Frist alsbald von den termini, welcher zu publicirung der originalien bestimmet worden/ angehen / satis appareat, nisi praxis aliud intro-

Hec vrgenda est
a probante.

duxerit. De illa vero memorata pronunciandi formula ad-
huc notandum, quod ea sententia non inseratur, nisi sit peti-
ta. S.P. O. d. l. ub. Solche clausul aber. Petit vero hanc for-
mulam sententiae inserere, imo & ipsum terminum, ille, cui
probatio fuit iniuncta. Dn. Suendend. ad Fibig. p. m. 638. Atque
hunc in casum etiam ab Ampl. Fac. Iur. Lips. ann. 1703. in cau-
fa E. F. M. contra G. M. responsum fuisse, percep.

§. VI. Verum enim vero, quæ nunc in reprobatione
ordinaria sunt dicta, ad summariam extendi nequeunt. Quem-
admodum enim nec demonstrationi; ita nec remonstrationi
certus nostris in foris præfixus est terminus. Proinde re-
monstrans nulli regulariter alligatus est fatali, sed suo ab arbitrio
termini remonstratorii cursus dependere videtur, nec
elapsis etiam viginti, vel pluribus annis a remonstratione ex-
cludi potest. conf. Carpz. P. 1. C. 16. D. 16. & Lib. 3. Resp. 75. adeo-
que nulla ipsi definita est præscriptio; nec demonstrantis
contumaciz accusatio ob prætensam remonstrationis deser-
tionem attenditur; sed pronunciatur potius: das Kts. Suchen
noch zur Zeit nicht statt habe; es ist aber Befl. mit der querfandten
Gegenbescheinigung in Sachs. Frisi. einzufommen schuldig/ atque
sic Fac. Iur. Lips. Ampl. ann. 1703. mens. April. in causa C. Z.
contra G. S. responsum dedit. Cum vero iudicis pii ac pru-
denter sit, omni modo litium anfractus contrahere, Portius
Conf. 142. n. 76. hodie ab eo in sententia terminus remonstra-
tionis dictari sèpissime solet. Definito autem termino ad
quem, terminus remonstrationis a quo a die iudicati currere
dicitur. a. O. P. S. tit. 21. §. Wenn aber der Beweis v. es wäre
denn Sache. Non tamen prætereundum erit afferre, quod
in statutis sèpe contrariae demonstrationi certus præscriptus
sit terminus. Et hoc in foro mercatorum Lipsiensi, quo re-
monstratio, si per testes, a die examinis testium, si autem per
documenta demonstratum, a recognitionis vel iuratae dissensio-
nis tempore, citra citationis ad demonstrationis publicatio-
nen expectationem currere solet, vid. Ord. Proc. Merc. Lips.
tit. 17. Vbi tamen peculiare quid licet obseruare, ita, vt, quan-
do

nisi a indice
præscribatur,

aut nisi statu-
turn illum
definiat.

do plures testes in diuersis iudiciis examinandi sunt, hocce spatium a tempore, quo testium vitimus fuit examinatus, currat; iuxta quam afferzionem Dnn. Scab. Lips. ann. 1683. mens. Octobr. in causa I. C.B. Rei, contra I.S. pronunciarunt. Quando vero testes locis in remotis examinandi sunt, ut examinis notitia intra remonstrationis in mercatorū foro receptum terminum, *de quo infra ad productum peruenire nequeat*, spatium remonstrandi currit a die oblatorium rotulorum, atque ita Dnn. Scab. Lips. pariter ao. 1688 g. de publ. d. 4. Nou. in causa I. B. contra G. A. & Consort. responderunt.

§. VII. Quando autem terminus reprobationis aut contrariae demonstrationis currere incipiat, si a sententia, super recognitione lata, remedium suspensuum interponatur, adhuc videndum? Resp. aut huic remedio defertur, aut illud reiicitur, aut eidem renunciatur. Primo in casu terminus reprobatorius vel remonstratorius a die, quo sententia, super remedio interposito lata, indicati vires accepit, currit. In secundo autem distinguitur, an reiectione ab inferiore ac intermedio, aut superiore iudice fiat; illic non a die reiectionis, sed elapsō post factam reiectionem, eamque haud ignoratam, descendio, quia intra illius spatium grauatus, tanquam de nouo grauamine, sententiam iterato remedio suspendere potuit; hic vero, si ab omnium superiore seu Principe ipso remedium est reiectum, terminus iste non a die publicatorum remissiorum, sed a die rei indicatae, currere assolet, non expectato descendio, cum vltior prouocandi licentia non adsit. Finckelth. in Obs. Pr. Obs. 74. Tertio autem in casu, si pars remedio suo interposito renunciat, renunciata reprobaturus vel remonstratus, tunc a tempore renunciationis factæ, aut adversarius, & tunc a tempore renunciationis alteri parti notificatae spatium reprobandi vel remonstrandi currere. Doctores perhibent conf. Martin. ad O.P. S. tit. 20. in pr. a n. 346. ad n. 363. Carpz. P. I. C. 16. D. 9. 10. n. & L. 3. Resp. 68. & in Proc. tit. 3. a. 1. n. 61. seqq. Dn. Philippi in Disp. de Demonstratione, c. 4. §. 6. Hæc de termino reprobationis a quo sufficiant.

Quando terminus, remedium suspensum, interposito, currat?

Terminus repr. ad quem, Ius Ciuale quod attinet, hoc terminum huncce arbitrio iudicis de iure Ciuli, æque permisit, a. L. i. C. de Dilat. Ius Saxonum Electorale il-

Saxon. Eleæt. lum vel *communem* vel *singularem* agnoscit, docente hoc Dn.

Suendend, ad Fibig. p. 60. Ille communis sex septimanarum & trium dierum interuallum habet. Conſt. Aug. 16. p. 1. §.

Wenn auch. vb. So soll es innerhalb 6 Wochen und 3. Eagen. S. P. O. tit. 21. in pr. Et huic conſtitutioni lex patria responderet.

v. Ord. Proc. Sup. Luf. part. 1. tit. 14. in pr. vb. Solte das Parth innerhaib 6 Wochen und 3. Eagen. Ius Saxonum commune

nunc fe offert. Hoc nostrum terminum ad sex septimanas absque tribus simul diebus ampliauit. vid. Land. R. L. i. art. 62.

vb. Gezeugens soll man in 6 Wochen vollkommen. Quibus sex septimanis ex fori saltē obseruantia, non autem ex aliqua iuris

dispositione, vti Carpz. P. 1. C. 16. D. 1. n. 3. statuere fuscipit, tres

adiciuntur dies. Chilian. König in Proc. c. 71. n. 1. Glōff. ad Land. R. L. i. a. 62. lit. f. Liceat hic excurrere ad alia fora. Forum

itaque Magdeburgicum si intramus, videmus, terminum reprobatorium ibi esse contractum, & ad quatuor saltem septimanas esse porrectum. Ord. Iud. El. Magd. de ann. 1686. cap. 30.

§. die Gegenbescheinigung 18. v. derselbe aber soll innerhalb 4

Wochen. Quod & in Ducatus Luneburgici curiis obseruantum, in quibus reprobans a die, quo articuli probatoriales ipsi

funt communicati, intra quatuor septimanas sub poena præclusi ad reprobandum se offerre tenetur. Ordin. Canc. Han-

nou. de ann. 1663. tit. 19. §. 2. vb. ingleichen soll der. Haec de exte-

ris foris dicta sunt. Quodsi igitur reprobans intra hunc reprobandi terminum, ultimo etiam eius momento adhuc du-

rante, Carpz. P. 1. C. 16. D. 2. n. 6. se ad reprobandum non offerat, ad

articulos reprobatoriales cum nominibz testium & directorio, auc cu instrumentis nō infinuet, reprobatione sua cadit. Conſt.

Aug. 16 p. 1. nam termino hocce peremtorio elapsō null⁹ reproba-

tioni amplius locus erit. supr. c. 2. §. vlt. Martin. ad O. P. S. Tit. 21. ad pr. n. 20. seg. Non tamen requiritur, vt tota reproba-

tio & examen testium intra illud spatium absoluatur & perfici-

Cla-

Quid repro-
banti intra
terminum
competit?

Reprobatio
intra termi-

ciatur, sed sufficit, reprobationem esse oblatam. Obstat num non de quidem LandR. L. 1. a. 62. vb. Gezeugenß sollman in 6. Wochen bet finiri. vollkommen. Constat. Aug. 16. p. 1. vb. darinnen vollenget und ver- führet werden möge. Verum sicut d. Conf. 16. in principio (1) contrarium habet, & (2) allegata verba saltem ad reprobatori diligeniam, vt ea absolu possit, non autem vt necessario debeat refringenda sunt; imo (3) expresse disponit, quod reprobanti saltem intra illud temporis spatium declaratio, se reprobaturum esse, incumba: ita prior textus (1) ex lege nouiori, citata scilicet constitutione, interpretationem recipit, aut (2) responderi potest, quod tota reprobatio quidem sit offerenda, ita, vt post terminum nouos testes &c. producere non licet. O. P. S. Tit. 20. §. und dieveil die. non autem, quod formaliter etiam absoluenda veniat. imo (3) responderetur, hunc textum ex fori vsu & obseruantia mutationem accepisse. conf. Carpzov. P. 1. C. 16. D. 2. n. 3.

§. IX. Licet autem hic terminus peremptorius sit, & Limitatur exclusivus: nihil tamen impedit, quin ille quasdam admittat terminus ad limitationes. Sic enim tam in processu ordinario, quam sum- mario, Clem. sepe de V. S. Carpzov. p. 1. C. 2. D. 17. n. 7. (quod & ¹⁾ ob concessio- nes dilationes, in termino ad quem singulari procedere puto,) reprobanti ex iusta & probabili causa dilatione conceduntur. S. P. O. Tit. 20. §. Wir lassen auch geschehen. Quas tamen iudex non ex officio, sed ad partis instantiam solet concedere. S. P. O. d. 1. Dn. Suendend. ad Fibig. p. 748. Vmm. in Pr. Diff. 7. th. 5. n. 1. Qua petitio durante adhuc termino fieri debet. O. P. S. d. 1. vb. jedoch daß solche prorogation. Dn. Suendend. ad Fibig. p. 749. ita, vt nec ultimum termini momentum excludatur. Rulant. de Comm. Part. 1. l. 2. c. 8. n. 9. Carpzou. in Proc. Tit. 13. a. 1. n. 145. Non modo illæ an- autem sola petitio sufficit, sed & insuper imperatio dilationis te termini la- ante termini lapsum facta requiritur, alias dilationem petens pium impe- ficio iure cadit, nec amplius auditur. S. P. O. d. 1. vb. jedoch daß sol- trentur. che prorogation vor endlicher Verschließung derselben Zeit ausbricht. conf. B. Philippi ad O. P. S. Tit. 25. Conf. 4. Quodsi vero iudex Si iudex eas in ea concedenda sit negligens, aut eius concessionem recu- non conce- fter,

dat; appelleret se, præstat, ut reprobans, dilationem petens, ante effluxum reprobans.

terminum contra hoc iudicis procedere protestetur, & de hoc grauamine ad Serenissimum appellat, quæ appellatio hunc habet effectum, ut pendente ea fatale non currat, & in suspenso sit, donec appellatio remouetur. Petita nunc vel retenus, vel in scriptis, Dn. Suendend. ad Fibig. p. 748. seq. quod ultimum hodie præprimis obseruatur, & impetrata dilatione, queri potest; Quot & quomodo dilationes sint concedendæ?

Numerus ea-
rum incertus
est.

Quomodo
prima,
secunda,

tertia & quar-
ta conceda-
tur?

Hæc aliter

resp. ad hæc, quod numerus concedendarum dilationum iudicis determinationi sit relatus, ob O. P. S. Tit. 20. §. Wir lassen aber auch geschehen. Quomodo autem sint concedendæ, ex his innotescit. Primam index facile concedere solet, modoleuis & modica eam perendi causa allegari potest. O. P. S. d. l. Carpzou. L. 3. Rep. 71. n. 14. Secundam vero, si adducatur impedimentum legitimum, quod in continentि demonstrari potest. S. P. O. d. l. vb. aus erz heblichen Ursachen zum andern mahlt. Tertiam vero & quartam cum accuratori causæ cognitione & solennitate legali. O. P. S. d. r. Recess. Imp. de an. 1654. §. 50. vb. Als soll es dabey. Meius part. 5. Dec. 139. Quod tamen hodie in foro Saxonico paulisper mutatum, ita, ut prima quidem facili negotio impetretur, secunda vero & tertia, adducto impedimento legitimo, dénum concedatur. Quæritur autem hic: an reprobatio pro deserta iudicanda sit, si index absque impedimenti demonstratione tertiam dilationem concedat? Resp. negando, modo impedimentum sit eidens, certum, aut iudici cognitum, prout etiam an. 1692. mens. Nou. ad Prætor. Lips. in causa I. I. K. contra D. G. responsum fuit. Quarta autem dilatio non nisi cum solennitate legali concedi potest. Resolut. Grauam. de an. 1661. Tit. von Inſtitutio - Sachen. grau. 21. & 22. Mandat. Elekt. sub dat. Dippoldiswalda d. 18. Febr. an. 1691. §. 5. Und wiewohl. conf. Vultei in iurispr. Rom. L. 2. c. 31. p. m. 639. Solemnitas autem illa legalis consistit in eo, ut imperatrurus dilationem iuret, se non malitiose petere dilationem quaream, quod tamen iuramentum a parte aduersa remitti potest. B. Philip-

Philippi ad O. P. S. Tit. cit. Conf. 4. Gail. 1. O. 91. n. 6. Impetrata- Impetratae di-
ta autem, legitimo tempore & durante, dilatione, reproban- lationis effe-
ti articulos suos mutare, augere & alios adhuc testes produce-
re licet. S. P. O. d. t. 20. §. Wir lassen aber, licet verbalis testi-
um nominatio, que nullam productionis vim habet, facta sit.
Martin, ad O. P. S. d. t. n. 74. ita tamen, vt, si quartam quoque
dilationem impetravit, aut ultimam, ea currente articulos re-
probatoriales offerat, suosque testes producat. Resol. Gra-
vam. de an. 1661. Tit. von Iustitien - Sachen. gr. 22.

§. X. Porro terminus reprobatorius ad quem limita- 11) ob casus
tionem in eo recipit, quod reprobatio post terminum re- varios exce-
probatorium adhuc pro valida nonnullis in casibus habeatur. ptos,
Cum vero casus istos hic allegare non placuerit, vel vnicum
producere, quo theses veritas saltem demonstrari potest,
sufficiet. Est vero ille, quod mulier, sicut in probatione, ita qualis est, do-
& in reprobatione in ditis illatae causa post terminum elapsum tis illatae,
adhuc audiri debeat, propterea quod minoribus, elapsi etiam
termino reprobatorio, propter in integrum restitutionis be-
neficium reprobatio non denegetur. arg. O. P. S. Tit. 20. §. Und
diere vel die, in fin. & mulieres quoad restitutionem minoribus
æquiparentur, eorumque ferme fruantur priuilegiis. Berlich.
p. 3. Concl. 29. n. 96. §. quod, præter. Quæ assertio sine con-
tradictione approbata est in Dec. Elect. nou. 4. vbi B. Philip-
pi Obj. 5. & idem ad O. P. S. d. t. Conf. 3. Carpz. P. 1. C. 16. D. 18.
Et hoc non in dotalibus solum, sed paraphernalibus etiam bo- & parapher-
nis propter generalitatem textus, & fragilitatem huius sexus natalium causæ,
receptum dicunt. B. Philipp. d. Obj. 5. n. 19. seq. conf. Martin.
ad O. P. S. d. t. n. 60. seqq.

§. XI. Diximus, terminum reprobatorium ad quem Terminus re-
esse etiam de iure Saxon. singularem. Hinc de eo paucis. Ob- prob. ad
seratur autem hic in aliquibus causis specialiter exceptis. Pri- quem singu-
mum causæ diffamatorie te sistunt, de quibus haud fugiet, pro- laris est,
bationis terminum in iis ad terminum Saxonicum duplicatum 1) in causa
extendi. Carpzou. in Proc. tit. 20. a. 1. n. 18. vbi praedic. Dn. Suen- diffamacionis
dend. ad Fibig. p. 605. Et hoc valet, siue diffamatio probanda,
siue

sive principalis actio instituenda, vt ad Prætor, Lips. in causa C. G. contra A. G. von der L. an. 1687, mens. Iun. responsum fuit. Qui terminus duplicatus æque in reprobatione obser-

vandus erit. Etsi autem hic terminus maioris temporis spatium præ cœteris continet; attamen index, sui facti rationem habens, eum coarctare potest, quod ipsum ex responso a Con-

fistorio Lip. a. 1678 sub publ. d. 17. Sept. in causa C.R. contra T.B. ejusque filiam dato liquebit. Iam 2) singularem reprobandi ter-

minum ius braxandihabet, si quis de iure braxandi non competente item instituat, reprobans ex æquali cum auctore iure acquisito intra duos menses reprobationē fuscipere obstricto est.

Ord. Proc. Sax. de an. 1555. Tit. Brauen/Schenken. v. aber auff solchen Fall / Carpzou. P. 1. C. 16. D. 72. Atque ita Dnn. Scab.

Lips. an. 1687, mens. Mart. pronunciarunt. Porro (3) singularis reprobandi terminus etiam notandus est, qui inter opifices in pagis commorantes, inque nullum collegium receptos, definitur. v. Resolut. Grauam. de an. 1661. Tit. von Justitiæ-Sac-

hen. gr. 99. vbi hominibus his ruralibus opificia exercere interdictum est, nisi hoc ius ipsiis competere intra duorum mensium spatium probare queant, qui terminus æque in reprobatione attendendus erit. Tandem (4) forum mercatorum

Lipsiente singularem respicit terminum, quod summariter reprobanti sub poena præclusi tres septimanæ, quibus suam reprobationem summariam offerre tenetur, concessit v. Ord. Iudic. merc. Lips. art. 17. vb. Seine Gegenbshcheinungs arti-
cul bey Verlust derselben binnen 3. Wochen übergeben. Denique (5) reprobatio spolii singularem sortitur terminum, de quo O. P. S. Tit. n. §. Würde auch Algrn. belieben / expresse haber, quod reprobans suam reprobationem intra eundem probati-
onis terminum, qui XV. dierum est, non solum de iure Cano-
nico, C. I. de restit. Spol. in 6to. sed Saxonico quoque, O. P. S. d. I.
§. desgleichen wenn einer. Constat. Aug. 6. part. 1. fuscipere
pari passu cum probatione teneatur; alias reprobatio deserta
pronunciatur. Martin, ad d. §. n. 33. Dn. Suendend. ad Fibig.
p. 371. Ita tamen, vt ea intra 15. dierum spatium non necessa-

rio

2) in iure bra-
xandi.

3) in opifici-
bus paganis.

4) in foro
mercatorum
Lipſ.

5) in spolio.

rio absoluatur, sed pariter sufficiat, modo reprobans intra illum terminum articulos reprobatoriales cum nominibus testium & copiis instrumentorum, subiecto directorio, iudici offerat. a. O.P.S.d.l. Carpz. ad d. C. 6. D. 2. Obseruandum tamen, quod hoc spatium in ipsius spolii causa tantum obtineat, secus est in causa damni, per spolium causati, quo casu ordinarius probandi & reprobandi cursus, nempe sex septimanarum & trium die- rum spatium iuxta responsum Dnn. Scab. Lipf. de ann. 1687. mens. Aug. in causa M. de la G. contra S. G. requiritur.

§. XII. Termino reprobationis ad quem hactenus perspe-
cto, nunc inquirendum restat: an hic terminus ad quem, a iu- Questio
dice ad certum temporis spatium præscriptus, tempore autem proponitur,
publicationis attestacionum probatorialium nondum elapsus,
post publicatas has attestaciones vsq; ad ultimum sui spati*i* mo- principalis
mentum, nondum finitum, adhuc duret; atque an eo durante
post publicatas & didicitas attestaciones reprobatio etiamnum
sit valida? Prius vero, quam ad hanc quæstionem ex iure Sa-
xonico respondeo, alia iura peroluere licebit. Primam e- Et affirmatur
volutionem meretur ius ciuile, quod propositam quæstionem iure 1. Ciuitati,
affirmat. Dum enim iudex ex suo arbitrio certum tempus
huic termino præfixit, nec expresse simul exceperit, quod pu-
blicatio attestacionum huncce terminum illico extingue &
amputare debeat, ille ex iudicis mente, & ex sua ipsa natura
nondum elapsus esse potest. Hinc cum ille adhuc duret, quis
inficias ire velit? reprobationem post publicationem attestacionum validam esse, reprobaturumque eam posse instituere.
conf. Petrus Müller. ad Struv. Exerc. 28. th. 47. Lit. β. Martin.
ad O.P. S. Tit. 21. in pr. n. 15. Dn. Suendend. ad Fibig. p. 605.
Teuber, in Instruktion. Proc. cap. 23. in fin.

§. XIII. Ius Canonicum quod attinet, illud eundem, 2) Canonicum,
quem ius ciuile agnoscit, terminum obseruare, ita, ut post pu-
blicatas etiam attestaciones reprobationem suscipere liceat,
colligo ex C. 3. Caus. 3. q. 3. C. 17. X. de Testib. vbi Marian. n. 44. v.
Sed his non obstantibus. Farinac. de Testib. L. 3. t. 8. q. 75. cap. 8. n.
336. Hinc & ibi a iudicantis arbitrio termini reprobatorii cur-
sus pender, qui illum secundum qualitatem causæ & personæ,

K nec

nec non iuxta loci distantiam & periculi imminentia moderatur. Et hoc ipsum late c. 9. X. de fide Instr. approbat. Et licet ibi de Instrumentis post publicatas attestations producibilibus sit fermo: constat tamen ex C. 19. X. de Testib. quod & hoc de testibus sit pronunciandum, dum in d. c. testes super nouis, aliisque capitulis (quae in reprobatione ponuntur,) non obstante attestationum publicatione produci possunt. conf. C. 17. 25. 35. 46. 48. & 50. X. de Testib. & Attest. Nec obstat C. 6. X. de Probat. vbi publicatis attestacionibus contraria probatio reiicitur. Respondet Glossa ad b. c. illud saltem in matrimonio contrahendo procedere, quod contraria probatio non admittatur. Atque ita huic C. 6. nec C. 26. X. de Testib. & Attest. contradicere conicimus, dum hoc de matrimonio contracto, illud autem de contrahendo, vti dictum, agit atque disponit. Proinde in contracto matrimonio ideo post publicata testimoniū dicitur contraria probatio admittitur, quia ibi subest periculum animæ, quod in contrahendo coniugio cessat, Mynsing. in Comment. ad d. c. 6. X. de Probat. n. 10. seq. licet non conjugantur, qui poterant coniungi. Cardin. Zabarella ad Deir. in d. c. 6. Quodsi itaque in matrimonio disoluendo laboramus, non obstante attestacionum publicatione, alii testes recipiuntur, sive contraria probatio admittitur. conf. C. 14. X. de Probat. C. 35. X. de Test. & Attest. C. 7. & 11. X. de Sentent. & Reindic. Mynsing. d. l. n. 9. Cum vero haec responsio ab aliis impugnetur, Cuicacis reprobationem in d. c. 6. propter testis singularitatem non fuisse admissam assert. conf. Gonzalez Tellez ad d. c. 6. X. de Probat. § 3.

3) Camerali. §. XIV. Nunc adiutus Camerale progredior, quod æque terminum reprobatorium post publicatas attestations admittit. conf. Martin. ad O. P. S. Tit. 21. in pr. n. 15. An verotam post publicata, quam didicita attestata reprobatio detur, queri potest? Sunt, qui dicunt, reprobationem quidem post publicatas, non vero post didicitas attestations suscipi posse: & hanc distinctionem non iure Canonico solum ob c. 38. X. de Test. & Attest. conf. Gonzalez Tellez ad C. 17. X. d. 1. §. 3. Sed Camerali etiam approbatam, & sic timorem subornationis cessare dicunt vid. Gail. i. Obs. 105. n. 2. Mynsing. Cent. 6. Obs. 59. n. 5. Rulant. de Com-

Commis. p. i. L. 6. c. 2. n. 19. Quoniam autem supra c. i. §. 12. dictum fuit, quod olim attestations in publicationis actu partibus praefecte fuerint, qua ex praelectione sufficientem illarum cognitionem partes percipere facili negotio potuere, non video, cur inter publicatas & didicitas attestations hic distingendum sit. Nec d. c. 38. dubium habet. Nam 1) ibi voces, *publicatae & didiceras*, sibi non opponuntur aut, contradistinguntur, sed potius pro synonymis accipienda sunt, quod ipsum ex verborum connexione & eorum situ, nullam oppositionem, aut differentiam inuolventibus, appetat, & 2) ibi non aliqua decisio legalis, sed saltem partis aduersae exceptio, aduersario testificata cognita habenti, & nouos testes super iisdem articulis producere volenti, opposita, & a Pontifice ipso per sententiam reiecta, continetur, & 3) ibi non de reprobatione post publicatas & didicitas attestations, sed de iterata post eas probatione super iisdem articulis aut capitulis per eosdem testes, suspicienda tractatur, atque ita non in ea, sed in hac subornationis timor, qui tamen ipse non a Pontifice, sed saltem ab interpretibus adductis & aliis, quorum allegata ratio & autoritas ad alias partes vix ac ne vix quidem nos, his positis, pertrahere poterit, attenditur, subesse posset.

s. XV. Ad ius Saxonicum, tanquam scopum peruenio. 4) Non autem Saxoni coniunctio, quantum in idem placitum, reprobationis termino secundum communem publicatis attestations definere, reprobationem post eas institui haud posse, adeoque questionem supra propositionem negandam esse, vel ex plurimis Doctoribus haurire licet. conf. Carpzov. in Proc. Tit. 13. a. 2. n. 22. seq. & P. i. c. 16. D. 12. & 30. n. 1. & Lib. 3. Resp. 70. n. 3. Dn. Suendend. ad Fibig. p. 643. & §. p. 146. Martin. ad O. P. S. Tit. 21. in pr. n. 23. Et hoc tam in processu ordinario, quam summario, atque sic de reprobatione, & de remonstratione afferendum dicunt, siue attestations sint cognitæ, siue saltem publicatae. Conſt. Aug. 16. p. i. vb. Es hätte von der Zeugen Aufſage Abschrift bekommen oder nicht. Nicolai in Proc. cap. 64. n. 7. seq. Berlich. part. i. Concl. 38. n. 85. seq. Nec referre dicunt, an per testes, an per instrumenta suscipiantur.

reprobatio, & hoc propter generalitatem dictæ Serenissimæ Constitutionis, de probationibus & reprobationibus loquentis, sub quarum voculis & instrumenta continentur, Conſt. Aug. 17. p. 1. afferunt. Berlich. d. l. n. 90. A qua tamen opinione quoad instrumenta ius Commune & Camerale recessum facit. Gail. 1. Obs. 105. n. 4. Mynsing. Cent. 2. Obs. 53, circa pr. & Cent. 6. Obs. 56. n. 1. Coler. p. 1. Dec. 121. n. 10.

§. XVI. Etsi autem hæc sententia Doctorum autorita-

te suffulta est: eam tamen sequi haud placuit. Sed præmit-
tam primum nonnullos casus, quibus ipsi Doctores reproba-

tionem post publicatas attestations validam pronunciare fo-
lent, & postea meam demum mentem explicabo. Reproba-

tionem 1) post publicatas attestations validam dicunt re-
spectu iudicis. Quodsi enim testes obscure, dubie, aut ambi-

gue (sive id factum in ipsa probatione, sive in iam suscepta re-
probatione,) depofuerint, iudex testes recipere, reuocare
& publicatis attestationibus adhuc examinare poterit, vt ipsi

eo melius controverſæ punctum innotescat, & liti eo citius
finis imponatur; modo id fiat motu proprio. Crot. in Tr. de

Teſtib. par. 7. n. 15. & ex officio, Gonzalez. Tellez ad. 17. X. de

Teſtib. & Atref. §. 3. non vero ad partis instantiam. Cardin.
Tusch. Tom. 8. Concl. 294. n. 18. ne forte subornationis oriatur
ſuspicio conf. Gail. L. 1. Obs. 105. n. 11. Berlich. p. 1. Concl. 40. n. 44.

Carpz. P. 1. C. 16. D. 30. In causis matrimonialibus 2) reprobatio-

nem publicatis etiam attestationibus adhuc fufcipi posse DD.
docent, modo ad matrimonium conseruandum, non deſtru-

endum agatur. Gail. d. l. n. 5. Cardin. Tusch. d. l. n. 47. quod
tamen nonnulli indistincte procedere statuant. Nell. a St.

Geminiano intr. de teſt. part. 2. n. 123. alii, si contra matrimo-

nium fit pronunciatum, adeoque si de eo diſſoluendo agatur,
Vid. ſupr. b. c. §. 13. quia talis sententia nunquam in rem iudi-

catam transit, ſemperque retractari potest. Carpzou.
P. 1. C. 21. D. 6. n. 5. In foro 3) mercatorum reproba-

tionem post publicatas attestations valere dieunt Berlich.
d. l. n. 33. Nicolai in Proc. c. 64. n. 19. Carpz. P. 1. C. 16.

D. 18. n. 2. & P. 1. C. 21. D. 6. n. 3. Verum licet inter merca-

tores

2) in matri-

monialibus.

Limitatio.

1) ex persona

iudicis.

3) in foro

mercatorum.

tores non tam iuris subtilitas attendatur, quam æquitatis habetur ratio, cum ipsis de iuris apicibus disputare non congruat. *a. L. 29. §. 4. ff. Mandat. Petr. Santerna de Asscurat. part. 3. n. 1. seqq. Gail. L. 2. Obf. 27. n. 27.* attamen hoc membrum iuxta statutorum dispositionem expressam limitandum duco, prout etiam in Proc. Ord. Merc. Lips. art. 17. ub. Ohne Erwartung der citation jut publication der Bescheinigung ic. videmus. Quam vero restrictionem statutariam ultra suum forum extendere haud possumus.

§. XVII. Porro 4) reprobationem post publicatas attestaciones fieri posse, si reprobans reprobationem per oculabatione per rem inspectionem peragere constituit, constat ex Cardin. ocul. inspect. Tusch. Tom. 6. Concl. 776. n. 3. Berlich. d. 1. n. 22. B. Philippi ad O. P. S. Tit. 28. Conf. 1. n. 3. Carpzov. P. 1. C. 16. D. 21. n. fin. Ranner. in Disput. de Ocul. Inspect. c. 4. n. 25. quia in oculari inspectione nulla laboratio adesse potest. Illuftr. Dr. Stryk. in Tr. de iur. Senf. Dissert. 1. c. 2. n. 8. Quod & iure Magdeburgico iuxta Ordin. Iud. Elect. Magd. cap. 40. §. 3. procedit. Vt 5) reprobationem post publicatas attestaciones fieri posse, atque adhuc admittatur, insignis dotis favor L. 1. ff. Sol. Matr. L. 2. ff. de iur. dot. iubet: modo illa realiter sit numerata, vid. Carpzou. P. 1. C. 16. D. 18. & P. 1. C. 21. D. 6. Siue dos sit constituta ex (a) iuris necessitate a parente, qui dotandā in sacris suis habet. L. 19. ff. de R. N. vbi non distinguitur, an filia sit legitima, an naturalis, vel spuria: nec de hac dubium filiae legitimæ relinquitur, dum dos in locum alimentorum cedit, a. L. 1. ff. & spuriæ, Sol. Matr. & a. L. 5. §. 7. ff. de Agn. & al. Lib. alimenta autem ius Canonicum spuriis filiabus a parentibus præstari iubet. c. 5. X. de eo, qui dux. in matr. quam poll. adult. hinc & pater filiam spuriam, modice tamen, Nou. 29. c. 12. §. 2. dotare cogitur. Gail. L. 2. Obf. 88. n. 7, atque ita Fac. iurid. Lips. mens. Nouembr. an. 1703. pronunciauit. Vel b) ex pietate, (nisi prægnans causa necessitatem afferat,) a matre L. 14. C. de iur. Dot. vel (c) ex libera voluntate a fratre, L. 12. §. 3. ff. de Admin. & Perit. Tut. aut extraneo, quanquam & hic necessitas illam valet iniungere. L. 33. ff. de iur. Dot. In omni itaque casu reprobatio post publicatas attestations admittitur. Quæ tamen dicta sunt, ad il-

non autem lam, vt vulgo dicitur, dotem, quam stuprator stupratæ ex le-
stupratoe solu- gis dispositione, Exod. 22. v. 16. C. i. X. de Adult. Confit. Aug.
ta, 27. p. 4. solueret tenetur, minime trahendum est. Quid vel

exinde apparet. Veram enim dorem constituit pater filie, hanc vero ipse stuprator, non pater stupratoris, illustr. Dn. Stryk. ad Brunnem. ius Ecl. L. 2. c. 18. §. 28. vb. in bixia bona immi-
tenda. illam maritus per vxorem acquirit, hanc ipsa stuprata: illa soluitur, vt maritus matrimonii onera ferat, L. 20. C. de iur.
Dor. hæc, vt stuprata deflorationis sua & matrimonii denegati
solatium habeat. Carpzou. in Præx. Crim. Q. 68. n. 32. Porro
in concursu creditorum, quo hæc dos nulla plane datis pre-
rogatiua gaudet, sed inter personaliter priuilegiatos colloca-
tur, hoc apparet, prout etiam Fac. Iur. Lips. an. 1693. mens.
Febr. responsum dedit.

6) in repro-
batione per
instrumenta
nouiter re-
perta.

§. XVIII. Quid autem si juris, si reprobatio per in-
strumenta de nouo reperta suscipi debet, an & tunc ea post
publicatas attestations admittitur: Resp. negat Gloff. ad
Landr. L. 1. a. 62. Lit. f. Ait contrarium verius videtur. Nam
licet termino reprobationis elapsio vltior reprobatio non
concedatur, siquidem ille est peremptorius. O. P. S. Tit. 21. in
pr. Dn. Suendend. ad Fibig. p. 644. Maxime tamen hoc limita-
tur, si currente adhuc, etiam publicatis attestations, eo
termino, nullam instrumenta, per quod reprobare cupio, co-
gnitionem habuerim. Hinc cum iure Saxon. de reprobationis
per nouiter reperta instrumenta post elapsum terminum,
susceptæ desertione ne iota quidem habeatur, & iure communi
vsque ad conclusionem in causa talis reprobatio valida sit,
v. Gonzalez Tellez. ad C. 9. X. de fide instr. n. 4. 6. nosque, iure
provinciali tacente, ad ius commune recurramus, a. L. 32. §. 6.
C. de Appellat. multo magis reprobatio per nouiter reperta in-
strumenta, durante adhuc termino post publicatas attestations
pro valida pronuncianda erit. Consentit Berlich. p. 1. Concl.
38. n. 92. Quod hodie propter O. P. S. Tit. 24. in pr. Es wäre
deni Sach. nullum relinquunt dubium, modo reprobans, se
currente termino instrumenti notitia caruisse, iuramento con-
firmet. Martin. ad O. P. S. a. 6. n. 24. Mynsing. Cent. 4. Obs. 53.
in med.

§. XIX.

§. XIX. Præterea 7) reprobationem validam esse post 7) in repro-
publicatas attestaciones, si testes reprobandi sunt, liquet ex bando testes.
C. 49. *X. de Test. & Attest.* Id quod indistincte procedere dicunt,
sive quis testimoniū personas, sive eorum dicta, de quo membro
ultimo alii dubitarunt, reprobare velit, quia vitima d. c. ver-
ba (vitandam litis prolationem respiciens) vtrumque ca-
sum comprehendunt, licet in facti hic enarrati specie aduer-
sus personas tantum disputatum fuerit. Cardinal. Zabarella
in Comment. ad d. c. 49. in fin. Mynsing. in Comment. ad d. c. n. i. 2.
Quid si enim reus seu reprobans in sua reprobatione ostendere
velit, testes fuisse corruptos, falsum eos deposuisse, omni ex
parte inhabiles fuisse, de quibus aliisq; ante depositiones & huius
publicationis tempus haud satis constituit, effette reprobatio
hæc reicienda, minime? publicatio enim attestatorum eum
in finem non suscipitur, vt per iuria commissa susque deque-
habeantur, veritas occultetur, innocens inique condemnatur,
contra expressas legum sanctiones testes, testimonii e-
nunciandi incapaces, admittendo peccetur; sed vt inde de
æqua litis lance, quam in partem procluuior ea dependeat, li-
quere possit. Proinde DD. nulli dubitarunt, reprobationem
hoc in casu publicatis & didicisis attestacionibus adhuc vali-
dam effari. v. Gail. L. 1. Obs. 105. n. 8. Berlich. p. 1. Concl. 40. n. 18.
Nellus a St. Geminiano *de Testib. part. 2 n. 122.* Ita tamei, vt
reprobans nonnunquam, ne odii vel litis protractione suspi-
cionem subeat, iuramentum caluniae praefert. Crot. *de Test.*
part. 8. n. 4. Mynsing. *ad c. 31. X. de Test. & Attest. n. 6.* qui *n. 8. 14.*
15. 16. & 17. alias adhuc annedit limitaciones, quarum octauam
O. P. S. Tit. 20. §. Wenn es nun, vb. Hätte aber der produkti. alle-
gauit. vid. Martin. *ad d. l. n. 302. seqq.*

§. XX. Nunc 8) reprobatio publicatis iam attestacioni-
bus conceditur, quando princeps per rescriptum eam per-
mittit. Nell. a St. Geminiano d. l. n. 123. Cum enim reprobati-
onis formale a solo principiis placito originem trahat, nulla et-
iam contentio erit, illud ab hocce Nomotheta iterum muta-
ri posse. a. L 22 pr. ff. de Legat. 3. a. L. 7. §. 8. ff. de Don. int. Vir. &
Vx. Nec incommodo nota iuris regula hoc referri potest:
Nihil

Nihil tam naturale esse, quam eo genere quid dissoluere, quo colligatum est. L. 80. ff. de Solution. & clarius adhuc loqui amat L. 153. ff. de R. j. Quibuscunque modis obligamur, iisdem in contraria aëris liberamur. Accedit porro & ipsa rei ratio. Quod si enim in absoluta legislatoris potestate, legem humanam, non fundamentalē, ex cœla aliqua sine gratia tertii præjudicio plane abrogare possum sit, quid igitur quandam legis mutationem prohibet? Imo non ipse legislator tantum, qui legem istam tulit, hac facultate claret; sed & successor eius per varios gradus ab eo iam remotus. Nulla enim lex tam firma est, tantamque vim obligandi habet, quin legislator aut eius successor, qui æqualem ait eandem potius cum ipso auctoritatem habet, eam penitus tollere aut abrogare possit. Successor enim non a persona antecessoris sui, sed ab ipso officio, in quo illi succedit, ferendi (adiicio, mutandi, derogandi ac tollendi,) leges, auctoritatem habet, vti Ziegler. de iurib. Mai. L. 1. cap. 5. §. 89. loqui fuit solitus.

9) quando in testium examinatione &c. aliquid commissum est,

§. XXI. Nec 9) reprobatio publicatis attestationibus suscepta reici potest eo casu, quo forte circa testium probatorialium productionem, examen, vel publicationem peccatum fuit, conf. Gonzalez. Tellez. ad Deer. C. 17. de test. & Attest. n. 5. Quod fit, quando articuli probatoriales parti aduersae contra O. P. S. tit. 20. in pr. non fuere communicati, aut citatio tam ad testium productionem contra O. P. S. d. l. quam ad probationis publicationem contra O. P. S. tit. 21. in pr. plane omissa, vel non rite insinuata fuit, aut testes absque iuramento contra L. 9. C. de test. & O. P. S. tit. 20. §. wenn es nun hieauss. deposituerunt, aut iuramentum ab una parte, aduersario contradicente, testi remissum fuit; nisi ipsi reproducens absque partis aduersae & reproducti consensu illud testi remisit; hoc enim casu, quod testis depositio hanc ob causam reiiciatur, reproducens sibi imputandum habet, nec testis amplius iurare tenetur, nec examinari debet, prout expresse cautum legitur in Ord. Proc. Sup. Lusat. Part. 1. tit. wann es nun §. vb. do aber nur. aut examinatio super interrogatoriis negligita, aut iuxta directorium subiectum haud peracta fuit, aut pro-

probatio a iudice incompetente recepta, vellite non contestata, facta. Gail. cit. loc. n. 12. conf. Müller. ad Conf. Elect. Saxon. p. t. C. 16. D. 34. seq. Hartm. Pistor. 1. q. 41. & 43. Richter. in Auth.

At, qui semel. C. de Probat. n. 7. Reprobationem 10) publicatis 10) quando attestacionibus omnibus in casibus procedere dicunt, in sententia quibus sententia in rem iudicatam non transit, e.g. in causa matrimoniali, si scilicet de matrimonii vinculo agatur, Gail. d. 1. n. 7. siue pro matrimonio, siue contra illud sit pronunciatum Cardinal. Zabarella ad Decretal. C. Series 26. de Testib. & Attest. in fin. vide tamen supra b. c. §. 15. & 16. Denique 11) assertio hæc 11) Quando ampliatur in casibus, quibus restitutio in integrum ob- restitutio in mino- rennitatem, facta petitione, conceditur, si forte ob impedimentum legitimum testes reprobatorios ante publicatas attestations producere haud potuit. Nell. a St. Gemin. de Testib.

part. 2. n. 123. Rulant. de Commiss. part. 1. lib. 6. cap. 2. n. 14. Tandem 12) in consiliis & responsis Prudentum hoc obtinet. 12) in consiliis. Licer enim attestations publicatae sint; reprobans tamen ist- is & responsis Prudentum. hæc suis in disputationibus, vt & post conclusionem in causa, iudici insinuare potest. Quod non solum iure Saxonico, S. P. O. tit. 29. §. Es sollen aber auch/ vb. außerhalb rechtlichen informationem; sed & iure Magdeburgico, Ordin. Proc. Elec. Magd. cap. 40. §. 3. vbi; ideoch ist dem Parte responsa iuris. nec non iure Camerali obtinet. Rec. Imp. Ratisb. de a.o. 1654. §. 96. vb. wie auch rechtliche consilia und Berathschlagungen.

§. XXII. Nectantum in causa civili; sed 13) criminali 13) in crimi- criminaliter instituta hæc ipsa dispositio probatur. In crimi- nalibus enim nunquam in causa concluditur, id quod ob fauorem defensionis est receptum. Licer itaque conclusio in cau- sa terminus omnium probationum exclusiuus, vid. Mynfin- ger, Cent. 6. Obs. 56. n. 2. in innocentia tamen casu huius sen- tentia deprehenditur exceptio. Proinde eo magis accusatus cum articulis suis reprobatorialibus, quibus testium, contra ipsum deponentium, dicti invalidare, suamque innocentiam asserere allaborat, non obstante attestacionum publicatione, adhuc audiendus est. Gail. L. 1. Obs. 107. n. n. Clasen, ad Conf.

L

Crim.

Crim. Carol. V. art. 73. n. 7. p. 276. seq. Besold. in *Conf. Tubing. 49.*
part. 2. per tot ferme. Nec distinguitur, an processus sit accusatorius, an inquisitorius, nec an reus illud petierit, aut an iudex ex officio hoc indulget. *Carpzov. in Pr. Crim. q. 106. n. 92.*
Quod tamen a parte accusati tantum, non autem accusatoris (in processu scilicet accusatorio) *ad offensam & condemnationem in ipsis accusati procedit, nisi iudex ex officio & per modum inquisitionis inquirat.* conf. *Carpzov. d. 1. n. 91. & quib. 114. n. 13.* Berlich. p. 1. *Concl. 40. n. 17.* Plures casus, in quibus reprobatio, facta attestacionum publicatione, valida permanet, hic adducere materie prolixitas prohibet. Reliqui in Farinac. de *T. 3. L. 3. t. 8. q. 75.* Berlich. cit. loc. *Nicolai in Proc. cap. 64. n. 19.* euoluntur possunt. Sufficit demonstrasse, reprobationem post publicatas attestaciones ab ipsis DDBus, etiam Saxonice, multoties validam pronunciari.

Annon re-
probatio in
genero post
publ. atesta-
ta sit valida?

Affirmatur.

§. XXIII. Nunc paucis euoluendum duco: annon supr.
b. c. §. 12. quæstio proposita quoad genuinum iuris Saxonici sensum in genere sit affirmando, ita, ut terminus reprobatorius, non obstante attestacionum publicatione, adhuc duret, nisi per se & ex sua durationis natura sit elapsus, atque sic reprobatio intra eundem, et si attestaciones sunt publicatae, institui possit? Quod vtique affirmandum esse censeo. Verum hic primo omnium rogo benevolum lectorum, ut non sinistre de me iudicet, ac si omnis, quam consumatissimi iuris Saxonici Interpretibus debo, reuerentia meo excessisset animo, dum sententiam magnorum ICtorum autoritatibus corroboratam in dubium vocare audax fui. Manet enim salua cuiusvis autoritas, sed vt non autoritate, sed ratione pugnandum: ita & eo faciliorem dissensu mei veniam me impetraturum esse confido; præprimis cum opinioni communiter receptæ non major tribuenda sit autoritas, quam rationi & iuris veritati, propter quam a communis opinione recedere tutissime possumus. *Carpzov. Lib. 6. Ref. 70. n. 8.*

Negantum
fundament.

§. XXIV. Videamus ergo prius contraria sententia fundamenta, que dissentientes in medium proferre solent, quibusque

que suam corroborari sententiam credunt. Primum ad Conf. Primum, Aug. XVI. Part. i. prouocat, allegantes verba finalia: So soll auch nach der publication und Eröffnung der Beweisung keinem Theil/ er hätte von der Zeugen Aussage Abschrift bekommen / oder nicht/ ferner Beweisung zu führen / oder mehr Zeugen verhören zu lassen/ gestattet werden. Porro 2) dicunt, quod reprobantem contra publicationem attestationem protestari oporteat, alias sue reprobationi renunciassè videtur. Dn. Suendend. *ad Fibig. p. 642.* Nicolai in Proc. cap. 63. n. 6. & 14. Præterea 3) adducunt, Tertium, quod iuxta Doctorum opinionem reus seu reprobatus iuramentum præstare teneatur, suborta suspicione, se didicisse attestata, quo iuramento se purgare reprobaturus debet, se nullam eorum habere cognitionem, quo de-
mum præstito ad reprobationem admittitur. Carpz. P. I. c. 16. D. 34. B. Philippi ad O. P. S. tit. 21. Conf. I. n. 8. Martin. *ad d. t. in pr. n. 27.* Et ad fœc opinionis defensionem *Nou. 90. c. 4. ub. pri-*
minus sacramento, allegant. Tandem 4) nituntur generali
quadam ratione, quod in reprobatione post publicatas atte-
stationes testium tubornatiomenda sit. Et denique 5) quod
illa opinio in sententia forte aliqua, qualis ex Scabinatu Lipsi-
ensi ann. 1686. mens. Mai. emissa fuit, comprobata, ac sic per
obseruantiam quandam introducta sit.

§. XXV. Verum enim vero, non obstantibus his, con- Nostræ sen-
trarium assero. Correlatiuorum quippe eandem esse natu- tentiae funda-
ram Dialectici affirmant, affirmanit & id ICtri, a. L. fin. ff. de ac-
cepili. Reprobatio vero probationi correspiciua nominatur
a Carpzouio in Pr. tit. 13. a. 2. n. 20. Proinde & reprobatio cum Primum,
probatione eundem nocta est terminum, sex nempe septima-
nas & tres dies. Sicut nunc hic terminus nec probanti, ita
nec reprobanti coarctari debet. Carpz. d. l. n. 21. Cum itaque
reprobanti terminus sex septimanarum, & trium dierum po-
situs, a tempore insinuatae citationis ad attestationum proba-
torialium publicationem (conf. hic, que in prioribus h. c.
§§. 15. dicta sunt,) currere incipiat, reprobatusque in-
tra illud spatum non tantum suum animum declarare; sed &
articulos reprobatoriales cum nominibus testium, annexo di-

rectorio, aut cum instrumentis competentibus offerre, insuperque omnem diligentiam adhibere debeat, ut ante elapsum terminum reprobatorium reprobationem suam deducere queat. v. d. Constat. Aug. 16. p. 1. vb. Wenn auch das Gegenthil. Carpz. in Proc. d. l. n. 17. nullum dubium est, quin reprobaturus sua reprobatione, attestacionibus probatorialibus etiam publicatis, audiri debeat, dum sufficit intra terminum reprobatorium reprobationem suscipere; cum, si hoc neglexerit, terminus reprobatorius pro elapo habeatur, nec vltiori reprobationi Secundum, locus concedatur. Carpz. d. l. n. 18. Et sicut 2) probatio adhuc valida est, si vltimo termini probatorii momento offeratur, Carpz. P. 1. c. 16. D. 2. n. 6. ita & reprobatio eodem tempore oblatia valebit, dum eadem eius cum probatione sunt iura, imo & partes rei adhuc fauorabiliores. Nec reprobaturus hanc constitutionem obseruans inique facit, nec puniendus venit, dum suo iure vitur. a. L. 54. ff. de R. I. Imo & O. P. S. in ii. 21. pr. reprobaturum a poena absolvit. Illa enim reprobato ea- dem expedienda, qua probanti incumbunt, iniungit, iubetque, vt reprobans intra terminum suum faciat, qua probans fecit. Cum autem probans intra terminum probationem suam insinuare, quod & vltimo momento fieri potest, debeat; quidni & idem reprobato liceat, Ord. Proc. Sax. d. l. & Constat. Aug. 16. p. 1. expresse consentientibus.

Tertium, §. XXVI. Imo 3) accedit hoc. Cum reprobatio sit beneficium iuris; illius autem determinatio beneficium Principis, quod largissime interpretandum, L. 3. ff. de Constat. Prince. pre- fertim quoad fauorabilia, B. Brunnem. ad d. L. n. 1. que nostro in casu termini reprobatorii spatium comprehendunt, nec lar- ga haec interpretatio Principis voluntati contradicat, arg. §. 6. Inst. de I. N. G. & C. nec in praejudicium tertii tendat, a L. 2. §. 10. ff. Ne quid in loc. publ. nulla ratio oritur, cur terminum reprobationi positum, vt Principis beneficium, contra iuris san- ctionem ob factam attestacionum publicationem coarctemus, & textui restrictionem, quam ipse non intendit, affingamus. Quartum, Tandem 4) nostram sententiam adiuuare haec quoque viden- tur,

tur, quod iuramentum necessarium delatum & præstitum plus sit publicatione attestationum facta. Berlich. p. 1. *Concl. 38.*
n. 39. iam vero post iuramentum necessarium præstitum probationem in contrarium admitti, euincit *L. 31. ff. de iure iur.* Carpz. *P. 1. C. 22. D. 20. & P. 1. C. 15. D. 5. 6. & in Proc. tit. 12. art. 3. n. 75.* ergo cum tale iuramentum attestationum publicatione plus sit, & eo præfrito, reprobatio nihilominus admittatur, neminem incorrupto iudicio vtentem contradicere huic opinioni, quæ reprobationem etiam publicatis attestationibus adhuc esse admissibilem statuit, arbitror. Denique *s*) nostræ sententia^e Quintum. calculum & hoc adiicit, quod nullibi in iure Saxonico expresse cautum legatur, reprobationē publicatis & didicisis probatio- nis attestationibus esse desertam, & terminum ob hanc publi- cationem elapsum. Proinde lege non loquente, nec nobis loquendum erit, *a. L. 8. ff. de publ. in rem att.* Et puto potius asserendum esse, quicquid in specie non prohibitum, illud in genere suisse permisum, præprimis cum, si de voluntatis intentione satis constet, ad superflua verborum monumenta, non sit excurrendum. Nec Const. Aug. 16. p. 1. contradicit, vti ex seq. §. videbimus. E contrario potius ex Const. Aug. 21. p. 1. constat; Serenissimum Legislatorem Confit. *XVI.* p. 1. iuri Communi comparare voluisse. Iam vero ius Com- munue publicatis & didicisis attestationibus reprobationem ad- mittit, ergo & de nostro iure Saxonico ob comparationis effe- ctum idem dicendum erit. conf. Carpzov, *ad d. Const. 21. D. 4.* n. 3. Nec obstat, quod *in d. C. 21.* super articulis directo contrariis reprobaio reiecta videatur, nam resp. hoc non de articulis probantis probationi oppositis, & illi directo contrariis, sed de iis intelligendum esse, quos ipse reprobas prioribus suis articulis nunc in iterata reprobatione directo opponere cupit; quod tamen secus, si per indirectum ii contrariantur. Carpzov. *d. C. def. 4. n. 1. & 2.* atque sic de diuerso plane casu hæc explicanda veniunt. conf. *supr. b. c. §. 23.*

§. XXVII. Nunc breuibus adhuc videre est, qua ratio- *Resp. ad ne-*
nem negantibus pro virium imbecillitate responderi possit? Ad gantum fun-
ctorum fundamentum quod spectat, excutiendum est, an in damentum

allegatae Constitutionis verbis, facta probationis publicatione,
 reprobatio sit denegata? Resp. ita videri posse ob verba; fei-
 nem Theil. Ast regero: haec verba non extensuam, sed re-
 strictiuam pati interpretationem, atque ita non probantem &
 reprobantem simul respicere, sed saltem probantem, siue hic
 sit actor, qui regulariter ad probandum tenetur, quando reus
 actoris peccatum negat, siue reus, quando excipiendo affirmat,
 & ponit, inque eo se fundat, quia tunc excipiendo actor fit;
 & hoc respectu verba, feinem Theil siue sit actor, siue reus,
 qui probavit, explicanda veniunt. Et hoc liquet ex vocula
 mox subsequenti, Beweisung: reprobans enim non Beweis/
 sed Gegenbeweis suscipit. Hinc si reprobatio simul ibi exclusa
 videretur, opus esset voce Gegenbeweisung. Proinde non
 haec Serenissimi Legislatoris mens fuit, ut facta probationis
 publicatione reprobationem desertam esse voluerit; sed sal-
 tem, ut attestacionibus, siue didicita sint, siue non, proba-
 tionis publicatis, regulariter noua probatio non admittenda
 sit, & publicatis reprobationis attestacionibus, nec noua regu-
 lariter recipiatur reprobatio. Ratio autem huius non solum
 ea est, quod testium subornatio sit impedienda, quia scilicet,
 si pars probans suos testes productos & examinatos ea, quæ
 sperauit, non deposuisse viderit, facili negotio alios testes cor-
 ruptos, vel & priores nunc ad meliora dicenda perfusionibus
 dolosis instructos iterum producere potest; sed haec quoque
 ratio attendenda venit, quod in foro Saxonico terminus pro-
 bandi & reprobandi sit perentorius & exclusivus videlicet. Constat
 Aug. 16. p. 16. vb. do folches von ihm nicht geschehe / soll der terminus
 probatorius verlossen / und die Gegenbeweisung / ferner nicht zuge-
 lassen werden. Hinc eo clapsò ad probandum vel reproban-
 dum nemo admittitur. Chilian, König. in Proc. cap. 71. n. 4. nisi
 ex legitimis & grauibus causis præpeditus fuisset, aus einer red-
 lichen und unbewehrtlichen Ursache verhindert. Idem d. l. Cum
 itaque publicatis probationis attestacionibus terminus eius de-
 finitus elapsus sit, nouam suscipere probationem meditans,
 nouum impetrare tenetur terminum, quem tamen iudex neq;
 ex

ex officio, neq; ad instantiā partis, (nisi in casib⁹ exceptis, v. supr.
b.c. §. 10.) præfigere potest. Carpz. ad d. C. 16. D. s. n. 5. Col. p. 1. D. 121.
n. 4. Et sicuti post terminum, et si eo durante desuper probans
fuisset protestatus, nec articuli additionales admittuntur: ita
multo minus nouos testes, atque sic nouam probationem in-
ducere licebit. S. P. O. iii. 20. §. Und dierweil & §. würde sich auch
begeben, quæ nostram sententiam multum adiuvat. Dixi,
quod allegata Constitutio de iterata probatione & reproba-
tione sit intelligenda, confirmat hoc S. P. O. d. 1. §. Würde sich
aud. v. b. und auf solchen Fall. Cum autem textus ex textu ex-
plicandus sit, etiam Constitutio citata hoc ex textu nouiori
explicari debet, arg. L. 6. §. 2. ff. de Codic. Porro dixi, regulariter
nouam probationem (quod & de reprobatione audiendum
est,) publicatis iam suscep̄ta probationis attestationibus non
admitti, ergo quasdam exceptions esse nullus dubito, & hoc
fusius patet ex supr. §. 16. & de iure Saxon. hoc pariter pro-
batum est, & testatur quoque Carpz. p. 1. Conf. 21. Def. 4. segg.

§. XXIX. Quod 2) de renunciationis præsumptione, o- ad secundum
missa contra attestationum publicationem protestatione, dici-
tur, parum momenti habet. Sicut enim renunciatio probanda,
non præsumenda, venit, dum facti est. a. L. 7. §. 3. ff. de Cur. Fur.
& nemo suo iuri tacite renunciass̄e videtur, a. L. 25. pr. ff. de Pro-
bat. nec reprobato silentium nocere potest, quia com-
pertum habet, in odiosis silentium minime nocere: ita nullibi
illa protestatio contra publicationem attestationum facienda
requiritur. Dicit enim d. Conf. 16. p. 1. quod reprobans intra
terminum reprobatorum a die insinuate citationis ad publi-
cationem probationis attestationum, animum suum declara-
re debeat, se reprobaturum esse, quæ declaratio per articulo-
rum reprobatorialium insinuationem, & alia, quæ reprobato-
rum incumbunt, satis elucet: non autem iniungit ea, vt reprobans
contra eam publicationem protestari necesse habeat. Dum
itaque protestatio illa non fundata est, nec laudatam Con-
stitutionem, de ea alte silentem, ad eam inferendam, tanquam
ad odiosum quid, extendere debemus: a. c. 15. de R. I. in 6to.
Quod

Ad tertium.

Quod 3) concernit, & hanc ob causam, simul adductam *Nou. 90.*
c. 4. plane a nostro casu diuersum quid in ea proponitur. Nam probans ibi quartam testium productionem petit, hinc ne ob dolum, aut machinationem vel artem, (sunt verba textus, addo, ob partis aduersa vexam, aut litis prorogationem,) eam petere videatur, iuramento se liberare debet. Verum hec nostræ sententiae non contrariantur. Imo non dubito, si & nostro in foro iudex viderit, reprobaturum ex attestationum notitia fraudem aut dolum vele connectere, ipsi juramentum malicie imponi posse, ne ad se defendendum dolo vtatur. Nec obstant verba; *Neque per cunctas est testimonia*, quippe quæ non de simplici, sed qualificata, nempe cum fraude & dolo coniuncta, attestationum cognitione intelligenda sunt, a qua ultima per iuramentum se probans excusare debet. Contingit autem hæc, quando probans ex attestationum adspicere videt, eas sibi non esse adeo salutares, quarta vice repetitam testium productionem petit, ut ita partem aduersam circumuenire, aut eo diutius litigando premere queat. Quod tamen ad nostram reprobationem minime trahendum erit, & hoc ob hanc causam, quod ibi probans semper unum idemque probare, & causæ sue malignitatem per iteratam probationem vindicare velit; hic autem reprobans una saltē, eaque confessi, vice suam intentionem probare intendant, & omnis hic doli suspicio, secus illuc, cesset.

Ad quartum.

§. XXIX. Subornationem testium 4) causam, quo minus reprobatio post publicatas attestationes admittatur, percepimus. At sicut non omnis reprobatio per testes instituitur, sed etiam per documenta, vbi hæc ratio prohibita plane cessat; ita nec ea, quæ licet per testes fiat, subornationi testium subiecta est. Nam in reprobatione partim noui & alii plane articuli offeruntur, & insuper plerumque alii testes producuntur, ac in probatione. Quodsi iraque reprobaturus testes suos ad bona dicenda corrumpere velit, illique eam corruptionem patientur, publicatio attestationum huius corruptionis causa minime erit, cum & ante publicatas attestatio-
Dolo
nes

nes reprobans, nisi conscientiae rationem habeat, facere illud potuisse. Non tamen prohibetur reprobatus, testium suorum producendorum notitiam exquirere, nec hoc probantia præjudicium tendit. Ad 5) denique quod attinet; brevis ero. Concedo quidem (a) responsum Prudentum maximam olim habuisse autoritatem, Struv. Ex. 2. tb. 17. ita, ut iudices ab iis vix potuerint recedere. Id. Exerc. 1. tb. 03. nemini tamen ignorantum est, ea hodie probabilem saltem habere opinionem, Idem d. Ex. 2. tb. 17. ubi Petrus Muller. Lit. 8. quod limito, nisi a supremo Principis parlamento & tribunali confirmarentur, quo casu, ut decreta, legis vigorem habent, modo postea illa decreta, tanquam leges nouæ prouinciales, omnibus ac singulis in territorio florentibus ICtorum collegiis, vt secundum illa in posterum pronuncient, fuerint promulgata, alias enim interulos litigantes, consideratis in ipsorum proposita facti specie, quibusdam specialibus, atque ad alia non extendendis circumstantiis, ius faciunt. L. 2. C. de Legib. Ex quibus innotescit, adductum responsum, posito, quod a supremo etiam collegio fuit confirmatum, in generis non posse obligare, dum reliquis collegiis ita pronunciare in specie nondum iniunctum est. Proposito autem responso aliud opponere non erit prohibitum. Docent enim causarum patroni, in causis summarioribus, (quatenus ita dicantur, habet Carpzov. P. 1. C. 16. D. 1. n. 8.) sepiissime probantes in lit. contest. termino testes statim realiter producere, hos iurare, a iudice examinari, depositionesque eorum absque villa citatione ad publicandum emissa partibus publicari, & postea, non obstante depositionum publicatione, reprobationem summariam admitti. Hinc cum hoc ipsum in puncto iniuriarum, quo ad depreciationem actum fuit, accidisset, & demonstrans remonstraturum cum sua contraria demonstratione non admitti perisset, Ampl. Fac. Iur. Lips. ann. 1703. mens. Nov. in causa I. S. contra I. C. W. pronunciauit: Deßen Euchen habe noch zur Zeit nicht statt: sondern es wird Bevl. wider die geführte Bescheinigung in Sachs. Gericht nochmahl's zugelassen. Et dum haec in reprobatione summaria obtinent, non est, cur eadem ad reprobationem ordinariam ex rationis identitate extenderemus. Nec (b) obseruantia statim contraria

rium habet. Sicut enim illius introductio facti est, (de introducta & iam probata, legis vigorem runc habente, non loquor, vid. Bacchou. *ad περτα, Tit. de Leg.*) ita & ab allegante probanda venit. ob L. 2. ff. *de Probat.* Et licet Scabinatus quidam, aut Facultas Iuridica quedam plures ex actis publicis aducat aetus, obseruantia quidem docetur, conf. Strui. *Exerc. 2. tb. 21.* specialis nempe: non tamen generalis omnibus in Collegiis recepta, nisi Princis eiusdem, illius vigorem ubique introducens, accedat, quod autem nostrum in casu haec tenus deficeret videmus.

Conclusio.

§. XXXI. Hæc fuisse, L. B. quæ *de Reprobatione, in specie post publicatas attestations amicibili tua censura pro virium fragilitate submittere volui.* Si errorem forte reprehenderis, illum defectum accuratio experientæ, quam forum & curia haec tenus denegavit, eo promptius, cum sit materia practica, adscribas, enixe contendo, tuo me totum patrocinio & fauori interim commendans. Tibi vero, AETERNE DEVS, pro gratia Tua perenni, & auxilio clementissime prestito decentissimas per folio grates, Teque supplex veneror, vt Te Duce & Auspice, omnibus meis actionibus, tuæque voluntati diuine conformibus auspicatis-

simus imponatur

FINIS.

COROLLARIA EX VARIO IVRE.

I.

A ut ius naturæ non est immutabile, aut libertas diuortiorum non est iuris nature, quia a Christo prohibita. Idem de Polygamia dicendum.
II. Finis peniarum est emendatio, quamvis penitus nemo emendetur.
III. Quibuscumque ergo penitus omnis emendationis spes delinquenti auffertur, illæ sunt iniusta.

IV. Maritus utrum imperium in uxorem habeat, ius castigandi tamen non habet.

V. Pater etiam filiam diuitem dotare tenetur.

VI. In codicillis cœci sex testes sufficere, quicquid alii contra afferunt, statuimus.

VII. Representalæ nulla iuris ratione defendi possunt.

VIII. Notitia Historiarum adiuuat studium iuris publici, sed quid tamen iustum sit, non ex historiis, sed legibus dicendum.

IX. Facta quorundam Statuum Imperii nullum ius efficiunt, nec omnis in Imperio obseruantia obligat.

X. Ut ut, qui iure electionis in regno succedit, non teneatur ratihabere expectatiwas in feudo ab antecessore concessas, Imperator tamen tenetur.

XI. Legitimati per subsequens matrimonium an in feudis succedant, gravis controvèrsia est, defendemus sententiam affirmatiuam.

❀ (o) ❀

VO 18

ULB Halle
003 011 410

3



5b.



5700.

I. N. D. N. I. C. 1704 21
 DISSESSATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA,
 De

REPROBATIONE, IN SPECIE POST PVBLICATAS ATTESTATIONES.

Quam,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
 SERENISSIMO IVVENTVTIS PRINCIPĒ AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WILHELMO,
 CORONAE BORVSSICAE, ELECTOR ATVS BRAN-
 DENB. ET RELIQVAR. PROVINCIA. HEREDE &c. &c.
 ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE,

PRAESIDE

PRO-RECTORE MAGNIFICO

DN. IO. SAMVELE STRYKIO, IC.
 SERENISSIMAE VIDVAE SAXO-ISENACENS.
 CONSILIARIO AVLICO, PROFESSORE PVBL.
 ORDINARIO, ATQVE COLLEGIICTORVM

h. t. DECANO,

IN REGIA FRIDERICIANA,
PRO LICENTIA

Summos in vtroq; IVRE Honores rite & legitime obtinendi,

D. XXV. Ianii. Anno MDCCIV.

horis ante & pomeridianis,

IN AUDITORIO MAIORI,

placidæ eruditorum ventilationi subiicit,

GODOFREDVS HEDLVFF,
 Görlicensis Lufatus.

HALAE MAGDEBURGICAE, Litteris CHR. HENCKELII, Acad. Typ.

Mons. Dr.